

GABRIELIS BIEL

libros

Collectorium circa quattuor libros
Sententiarum

Prologus et Liber primus

Collaborantibus Martino Elze et Renata Steiger

ediderunt

WILFRIDUS WERBECK

et

UDO HOFMANN



1973

J.C.B. MOHR (PAUL SIEBECK)

UNIVERSITY OF DALLAS LIBRARY

ab eis qui audierunt in nos confirmata est. Et ideo specialiter debuit fieri missio
visibilis Spiritus Sancti ad Christum et ad apostolos et ad aliquos primitivos san-
tos, in quibus quodammodo ecclesia fundabatur. Ita tamen, quod visibilis missio
facta ad Christum demonstraret missionem invisibilem non tunc, sed in principio
suae conceptionis ad eum factam.»

DISTINCTIO DECIMA SEPTIMA

<Summarium Textus>

In distinctione praesenti *Magister* agit de modo missionis Spiritus Sancti invisi-
bilis. Et potest sententia litterae his conclusionibus summiari:

Prima conclusio: Tunc Spiritus Sanctus dari vel mitti dicitur nobis, cum nos
facit diligere Deum et proximum; per quod manemus in Deo et Deus in nobis.

Secunda conclusio: Spiritus Sanctus caritas est et amor, quo nos diligimus Deum.
Quod si intelligitur formaliter, non tenetur; si effective, verum est, quia ipse in-
fundit habitum caritatis. Si intelligitur de caritate increata ad salutem et ad dili-
gendum Deum simpliciter necessaria, iterum salvari potest.

Tertia conclusio: Caritas augeri dicitur, tamen Spiritus Sanctus in se nec auge-
tur nec minuitur.

Vide latius in Textu.

10

QUESTIO PRIMA

»*Utrum praeter Spiritum Sanctum necesse sit ponere caritatem absolutam. A
creata animam formaliter informantem ad hoc, quod sit cara Deo et accepta*

In ista quaestione recitatur et impugnatur a *Doctore opinio Petri Aureoli* tenentis
talia:

Primo, »quod est aliqua forma creata, quae ex natura rei de necessitate cadit sub
complacentia Dei, per quam anima (cui inhaeret) gratificatur, ut sit Deo cara,
accepta et dilecta.

Secundo, quod talis forma »non profuit ex divina acceptatione in animam.
Pateet, quia anima non est accepta nisi per illam formam; et ita illa forma prae-
supponitur acceptationi eius.

Tertio dicit: Haec forma »est quaedam Dei habitualis dilectio, quae a Deo ani-
mae infunditur nec ex puris naturalibus habetur.

10

1/11	om. XZ	opinio XZ
4 1/2	absolutam creatam om. XZ	10 acceptationi] acceptioni ZTBL
3/5	In ... Primo] Est quorundam	11 Haec forma om. Z
3/4	Cf. Lomb. I d. 17 c. 1-5 n. 143-147 (MPL 192, 564-566).	3/4 Cf. Occ. ib. B-H.
5	Cf. Lomb. ib. c. 2-6, 11-18 n. 148-149, 155-159 (MPL 192, 564-566, 567-569).	5/7 Cf. Occ. ib. C; cf. Petr. Aureoli I d. 17 q. 1 a. 2 propos. 1 (Romae 1596, fol. 408b D).
9/10	Cf. Lomb. ib. c. 7-10 n. 150-154 (MPL 192, 566s).	8/10 Cf. Occ. ib. D; cf. Petr. Aureoli ib. propos. 2 (fol. 410a D).
4 1/2	Occ. I d. 17 q. 1 A.	11/12 Cf. Occ. ib. B; cf. Petr. Aureoli ib. propos. 3 (fol. 410b C).

In tribus articulis stabili decisio quaestionis in notabilium, conclusionum et dubiorum expeditione.

[Articulus 1]

Quantum ad primum notandum quod per animam esse gratiam, curam vel acceptam Deo (quod pro eodem habetur) nihil aliud intelligo nisi eam esse in tali statu, in quo (nisi per mortale peccatum delinquat) Deus vult ei dare vitam aeternam.

Exemplum est de parvulo baptizato, cuius anima est in tali statu, quod, nisi postea peccet mortaliter, Deus dabit sibi vitam aeternam. Secus est de eo ante baptismum et etiam de actu existentem in peccato mortali, quia sive postea tales peccet mortaliter sive non, nisi baptizentur aliquo baptismo vel agent praesentiam, non habebunt vitam aeternam.

[Notabile 2]

Secundo notandum quod complacentia Dei respectu creaturae est duplex: quaedam generalis, quaedam specialis.

Generalis est voluntas divina, qua vult posse esse bona, quaecumque esse possunt. Et haec complacentia est respectu omnium existentium et possibilium. Illo modo, complacentia Dei supponit pro voluntate divina, quae est essentia divina, complacendo creaturam omnem, quae est vel potest esse bona et perfecta.

Complacentia specialis est triplex.

Prima est respectu omnium existentium et futurorum, quae nihil aliud est nisi divinum velle, quo vult aliqua possibilia esse vel futura esse bona. Et sic posset in nullo alio a se complacere, quia posset velle nihil a se esse vel futurum esse.

Secunda complacentia specialior est respectu nobilioris obiecti, et est velle ali-quid esse perfectius alio. Et sic maior est complacentia respectu substantiae quam accidentis, et magis complacet in materia rationali quam irrationali.

Tertia complacentia specialissima est respectu alicuius perfectionis secundum maximum seu perfectissimum genus perfectionum accidentalium, et est divinum velle, quo vult creaturae rationali non ponenti obicem conferre maximam perfectionem accidentalem secundum genus, quae est beatitudo sive vita aeterna. Et

13/25	In ... aeternam om. XZ	4	haec] talis Z
13	notabilium, conclusionum] notabilium conclusionem B; notabilium positione, conclusionum assertione L	6	et perfecta om. Z; add. X in marg.
	Secundo notandum] XZ: Circa [Z: Contra] hanc opinionem [Z: responsionem] et pro responsione ad quaestionem [Z: quaestionem] notandum	8	est (1) om. X
		10	complacere] placere Z
		12/13	Et ... accidentis] Z: Et sic magis complacet in substantia quam accidente
		13	complacet om. XZ materia] natura XZ

17/25 Cf. Occ. ib. I.

B 1/17 Cf. Occ. ib. O.

hoc idem intelligitur per esse acceptum, esse carum vel esse dilectum Deo, scilicet velle divinum, quo vult talem beatificare, si manserit in statu tali non ponens obicem per peccatum. Et illo modo omnis parvulus post baptismum, priusquam actualiter peccet, est acceptus Deo, quia tali vult (si non impedit per sequens peccatum mortale) dare vitam aeternam. Non autem sic est acceptus Deo ante baptismum, quia illum non vult beatificare, si manserit in statu illo, sine baptismo scilicet.

[Articulus 2]

[Conclusio 1]

Pro articulo secundo est conclusio prima: De potentia Dei absoluta aliquis C potest esse acceptus Deo et carus sine omni forma sibi inherente, loquendo de acceptance specialissimae complacentiae, de qua tantum ad propositum.

Probat: Quia sine tali forma inherente potest quis habere actum meritum. Probat: Quia Deus contingenter acceptat actum, quemcumque acceptat, ad vitam aeternam; ergo potest quemcumque actum moraliter bonum sic acceptare. Valet ad propositum Gerson lect. 1 De vita spirituali animae.

Item: Actus diligendi Deum praecedens talem formam et actus diligendi sequens sunt eiusdem rationis. Ergo sicut secundum, ita primum potest acceptare ad vitam aeternam.

Item: Ille potest esse carus Deo, qui est in statu, in quo Deus (si non impedit culpabiliter) potest sibi dare vitam aeternam. Sed Deus posset, si vellet, alicui in puris naturalibus (id est non habenti illam formam) dare beatitudinem, cum actus beatificus non dependet essentialiter ab illa forma; ergo Deus posset ordinare, quod talis beatificaretur, nisi per peccatum impediret, et sic esset carus Deo.

Item: Ad hoc quod aliquis sit oditus Deo, non requiritur aliquis habitus vel forma; ergo nec ad hoc quod sit carus. Tenet consequentia, quia sicut oppositum in opposito, sic propositum in proposito. Antecedens patet de eo qui mortaliter peccavit peccato omissionis. Hic est oditus a Deo, quia ordinatus ad poenam, nisi paenituerit; et tamen ibi nullus est habitus vitiosus, quia non praecessit actus eius generativus. Et si peccavit actu positivo, non oportet quod ab uno actu generetur habitus; ergo etc.

18	vel om. Z	9	corat cum Ocean.]
21	impediens] impediret Z	9	potest] posset Z
22/23	ante baptismum] puer non baptizatus Z	11	impediret] impediret XZ
C 7	Valeat ... animae om. XZ [sed X add. in marg.: Vide de hac materia Gerson lect. 1 De vita spirituali animae christianae, con-	12	culpabiliter om. XZ
		16	oditus] add. L: a
		21	Et] Etiam Z
		22	ergo etc. om. Z

C 1/2 Cf. Occ. ib. I (concl. 1); cf. E (Primum dictum auctoris).

2/3 V. supra B 14ss.

4/7 Cf. Occ. ib. K.

7 Cf. Gerson, De vita spirituali animae lect. 1, i. a. coroll. 9. 10 (Glor. III, 117 s. 123s).

8/10 Cf. Occ. ib. K.

16/22 Cf. Occ. ib. E (Secundo).

[Conclusio 2]

D Secunda conclusio: «Nullus potest esse carus et acceptus Deo ad vitam aeternam »de lege ordinata, non habendo in se qualitatem aliquam infusam, quae sit caritas vel gratia».

Haec conclusio naturali ratione probari non potest, quia non potest concludi
5 ratione naturali quod sit aliquis habitus infusus.

Potest tamen ostendi multiplici auctoritate Scripturæ et sanctorum, ut etiam infra habetur IV dist. 4 q. 1 de virtutibus infusus in baptismo.

Et sufficit auctoritas una *Apostoli* I Cor. 13: »Si linguis hominum etc. Ex qua clare habetur quod virtutes et dona quaecumque Spiritus Sancti non sufficiunt ad vitam sine caritate et gratia, quae pro eodem habeo ut II dist. 26 habetur.

Nec est evadere dicendo quod *Apóstolus* loquitur de caritate increata. Patet enim quod *Apóstolus* loquitur de virtute caritatis et eius ad ceteras virtutes præcellentia, cum inquit: «Nunc autem manent fides, spes, caritas etc. Maior horum caritas.»

Praeterea: Et si proterviens vellet adducere dictum *M. q. 18. 1. 1.*, possent ex consequenti impugnari omnia dicta doctorum et sanctorum de ceteris virtutibus, fidei, scilicet et spe, sicut de caritate, ut haec laicus prosequitur dominus *Cambracensis I. q. 9 art. 2.*

[Conclusio 3]

E Tertia conclusio: »Quaecumque forma supernaturali in anima posita«, potest Deus eam non acceptare ad vitam aeternam.

Probat^{ur}: Quia quaecumque forma posita, non necessitatur Deus ad producendum aliud, sine quo illa forma potest stare et conservari; ergo posito illo habitu,⁵ potest Deus non beatificare.

Item: Quaecumque formam potest Deus producere et conservare ad tempus sine alia, potest conservare perpetuo sine illa.

Item: Potest illam formam annihilare cum anima, cui inhaeret.

Item: Quis dubitat, quin Henoch et Eliam posset perpetuo in paradiso conser-
uare absque beatifica visione et fruitione, qui tamen creduntur habere gratiam?

D 1/17	om. XZ	2	eam] animam XZ
E 1	Tertia] Secunda XZ	7	sine illa om. Z
D 1/3	Cf. Alliac. I q. 9 a. 2 concl. 1 (H).	13	1Cor 13. 13; cti. apud Greg.
4/6	Cf. Alliac. ib. (H, probatio concl. 1).	14/17	Arim. et Alliac. ib.
7	Cf. Biel IV d. 4 q. 1 a. 2 K.		86 A; Alliac. ib. (H).
8/10	Cf. Greg. Arim. I d. 17 q. 1 a. 1	14	Cf. Lomb. I d. 17 c. 2. 3 n. 143-145 (MPL 192, 504st).
8	(fol. 85 N); Alliac. ib.	E 1/2	Cf. Occ. ib. I, cf. ib. II (2. dictum auct.).
	1Cor 13. 1; cti. apud Greg. Arim. et Alliac. ib.	3/8	Cf. Occ. ib. L.
10	Cf. Biel II d. 26 F.		
11/13	Cf. Greg. Arim. et Alliac. ib.		

Ex quo sequitur quod Deus, quemcumque beatificat, mere contingenter, libere et misericorditer beatificat ex gratia sua, non ex quacumque forma vel dono colato, nisi quod Deus misericorditer ordinavit, quod habens tale donum mereatur vitam aeternam.

Et hoc dictum maxime recedit ab errore Pelagii⁹, qui posuit quod Deus necessitatur habenti actum moraliter bonum dare vitam aeternam, et non ex gratia sua, ita quod si non daret, esset iniustus. Opinio autem recitata pont. Licet Deus non necessitetur per actum naturaliter dictum quantumcumque moraliter bonum ad conferendum vitam aeternam, tamen necessitatur a forma supernaturali per eum⁵ iniusta. Responsio autem haec dicit quod Deus nulla forma, nec naturali nec supernaturali, necessitatur ad vitam aeternam. Sed sicut libere et contingenter infundit gratiam, ex sua benignitate, ita concessa quacumque forma, adhuc libere et misericorditer de sua gratia dat vitam sempiternam. Et semper (sine sui iniustitia) posset non conferre. Ipse enim est, cui nullus dicere potest »Cur ita facis?«. Et quaecumque facere potest, faciendo iusta sunt, et iuste sic ea facit.

Et est considerandum quod in praefatis dictis, cum fit sermo de gratia et caritate, sumuntur illa nomina absolute ut supponunt pro qualitate certa, non connotando quancumque gratificationem vel animae ad vitam acceptationem. Nam accipiendo ea connotative, verum esset dicere: 'Quicumque habet in se caritatem aut gratiam, est acceptus ad vitam.' Patet ex connotato termini. 15

[Articulus 3]

[Dubium I]

Pro articulo certio est dubium primum: Cum non possit fieri transitus de contradictione in contradictionem sine mutatione, et aliquis nunc est acceptus Deo, qui prius non fuit acceptus, si non est mutatio aliqua in illo nunc accepto, ergo erit necessarium in Deo, quod est impossibile.

Ad istud dubium respondet *Doctor* in II quaestione ultima: iuxta finem, ostendens quod illud commune dictum »Præsumptum de contradictorio in contradictorio non fit sine aliqua mutatione habet instantiam: »Si nec motus nec tempus nec mutatio esset, sed solus Deus creans unum angelum, tunc hæc iam est vera: »Angelus creaturæ, et prius non fuit vera. Sic Deus posset accipere angelum et post

<i>F</i> 1/2	<i>Et ... aeternam om. Z (homoiote- tel.)</i>	15	<i>ea] eam F</i>
1	<i>dictum] responsum X</i>	16	<i>aut] ut F</i>
3	<i>inustus] iustus Z</i>	<i>G</i> 1	<i>Pro ... primum] Sed hic est du- bium XX [possit] possit XL</i>
6	<i>autem haec] ad hoc Z</i>	2	<i>nunc] non Z</i>
7	<i>ad] add. X: dandum</i>	5/22	<i>Ad ... alios om. XZ</i>
8	<i>adhuc] ad hoc TB</i>	6	<i>quod om. TB^{ff}</i>
12/16	<i>Et ... termin] om. XZ</i>		
11/14	<i>Cf. Occ. ib. L.</i>		<i>vita spirituali animae. lect. I</i>
<i>F</i> 1/5	<i>Cf. Occ. ib. L.</i>		<i>(ante coroll. 1; Glor. III, 120).</i>
3	<i>V. super A 3ss.</i>	<i>G</i> 1/4	<i>Cf. Occ. ib. O (instatur primo).</i>
6/9	<i>Cf. Occ. ib. M.</i>	6/15	<i>Cf. Occ. II q. 26 Z.</i>
10	<i>Iob 9, 12; cit. apud Gerson, De</i>		

10 eundem deceperat sine omni demerito sui vel alterius et sine omni mutatione actuali, sed non sine omni mutatione potentiali, saltem in alio; quia si fuisset aliqua successio in angelo vel in alio, tunc ambo extrema unius contradictionis non possent uni parti illius successioni coexistere, sed necessario unum extremum coexistet uni parti successioni et aliud extremum alteri parti. Et tunc angelus vere esset mutatus in se vel in alio.

Eandem mentem habet *Doctor* dist. 14 q. 2, ubi clare dicit transitum quandoque posse fieri propter solum temporis mutationem; vel actualiter et de facto, si tempus esset, vel si tempus non esset nec motus nec mutatio, tunc foret talis transitus de contradictorio in contradictorium propter transitum temporis possibilem. Quia si tempus esset, unum contradictorium verificaretur in una parte temporis et aliud in alia parte temporis.

Itaque ad dubium istud post *Doctorem* et alios respondetur quod mutatio, quae requiritur ad transitum contradictoriorum, aliquando fit in aliquo extremo contradictionis ad bonum intellectum, et cum aliquid fit de non calido calidum; aliquando in aliquo extrinseco, ut aliquis est aliqui dexter et postea non dexter non propter mutationem sui, sed alterius, item, si ad precas alicuius sancti Deus animabus in purgatorio remittit poenam; aliquando in solo tempore, ut si statuitur quod florens nunc valens 28 solidos post mensem valeat 30, tunc florens nunc non valet 30 et post mensem valet 30 propter solum temporis lapsum. De hoc infra in IV dist. 14 q. 1 G.

Per hoc ad propositum dicitur quod quolibet illorum modorum potest hic fieri mutatio, quia potest Deus ordinare quod habens aliquem actum moraliter virtuosum habeat vitam aeternam vel quod existens in tali tempore vel loco habeat vitam aeternam. Et omnibus his modis fit mutatio. Non autem propter hoc oportet ponere aliquam formam Deum necessitantem. Nec oportet ponere obiectum aliquod distinctum a Deo immutabile et aeternum ad salvandum immutabilitatem actus divini; sicut patet de creatione. Deus vult nunc creare et non prius seu prius non voluit, sine mutatione actus in Deo.

[Corollarium]

40 Ex illo sequitur quod possibile est contradictoria successive verificari absque motu locali vel rei alicuius novae positione seu destructione rei praexistens. Et addit *Gregorius* dist. 14 q. 1 ac *Cambracensis* q. 9 art. 2: cuius verificationis

17	fieri) fere	X	29/30	De ... G om. XZ
24	contradictionis]	contradictorio-	32	moraliter] moralem Z
	rum Z]	et] ut F]	aliquid]	aliquid
	XTRF		33	pro quocumque tali sanctus
26/27	item ... poenam om. Z; add. X			intercedat, habeat vitam aeternam
28/29	tunc ... 30 (2) om. Z		40/61	om. XZ
16/21	Cf. Occ. I d. 14 q. 2 F.		35/37	Cf. Occ. ib. N.
22/27	Cf. Occ. I d. 17 q. 1 P.		40/48	Greg. Arim. I d. 14-16 a. 1
29/30	Cf. Biel IV d. 14 q. 1 a. 1 not. 2			concl. 3 coroll. (fol. 84 v); Allac.
	G.			I q. 9 a. 2 ad 2 (Q).
31/34	Cf. Occ. ib. P.			

lapsus temporis non sit in causa, quamvis sine lapsu temporis actuali vel potentiali contingere non possit; alius enim contradictoria essent simul vera. Potest ergo aliquis esse gratus Deo modo praedicto sine mutatione locali et sine novae qualitatis acquisitione vel deprivatione praexistentis, cuius verificationis lapsus temporis non est in causa secundum *Gregorium* ubi supra, quamvis sine temporis lapsu actuali vel possibili illud contingere non possit, ut habet *Doctor* supra q. 2 dist. 14 et loco praedicto in II quaestione ultima iuxta finem.

Patet etiam quod ad contradictoriorum verificationem quandoque sufficit mutatio in re extrinseca. Item: Quandoque temporis lapsus est in causa. Et secundum *Cambracensem*, quando determinatio temporis cadit sub statuto. Sicut apud Hebraeos lex erat, ut quilibet servus completo anno sexto servitutis rediret ad libertatem. Ideo absque ulla sui mutatione, solo temporis lapsu fiebat de servo non-servus, de non libero liber. De hoc latius infra dist. 30 q. 2 in *Doctore* et in Collectorio praesenti.

Verum ad hoc quod nunc tactum est et habet *Gregorius*, scilicet quod contradictoria possunt successive verificari etc., cuius verificationis lapsus temporis non est in causa, an sit verum vel non et ad quem intellectum, explicatur infra in III dist. 1 q. 1 huius. Vide ad idem *Ocam* in Centilogio in concl. 12 ad rationem quintam, ubi late loquitur de contradictoris futurorum contingentium.

[Dubium 2]

Secundum dubium est contra concl. 1 ratione huius, quod dicitur de potentia Dei absoluta. Si hoc verum esset, sequeretur quod Deus posset aliqua facere ordinata et alia facere absolute et non ordinate. Consequens falsum; ergo etc.

Ad hoc respondetur secundum *Doctorem* Quodlibeto VI q. 1, quod quaedam Deus potest facere de potentia ordinata et quaedam de potentia absoluta. Haec distinctio non est sic intelligenda quod in Deo realiter sint duae potentiae, quarum una sit ordinata, alia absoluta; quia unica est potentia in Deo ad extra, quae omni modo est ipse Deus. Nec sic est intelligenda, quod aliqua potest Deus ordinata facere et alia potest absolute et inordinate; quia Deus nihil potest facere inordinate. Sed est sic intelligenda, quod 'posse aliquid' aliquando accipitur secundum leges ordinatas et institutas a Deo. Et illa Deus dicitur posse facere de potentia ordinata. Aliter accipitur 'posse' pro posse facere omne illud quod non includit contradictio-

H 1/23	om. XZ	II	illa] illam TBL
6	quorum] quorum T		
48/49	Cf. Occ. I d. 14 q. 2 F; II q. 26	59/60	Cf. Biel III d. 1 q. 1 a. 1 not. 3
	Z.		G/H.
52/55	Allac. ib. (Q).	60/61	Cf. Occ., Centil., concl. 12 ad
52/54	Cf. Den 15, 12-18.		rat. 5 (F).
55	Cf. Occ. I d. 30 q. 2 E-H.	H 1/2	V. supra C 1.
56	Cf. Biel I d. 30 q. 2 B/C.	4/22	Occ., Quodl. VI q. 1 (Circa
57/59	V. supra lin. 40-43.		primum).

nein fieri, sive Deus ordinavit se hoc facturum sive non; quia Deus multa facere potest, quae non vult facere, secundum *Magistrum* libro I Sententiarum dist. 43. Et illa dicitur posse de potentia absoluta.

Ista distinctio probatur per dictum Salvatoris Ioh. 3. »Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest intrare in regnum Dei.« Cum enim Deus sit aequalis potentiae nunc sicut prius, et aliquando introierunt in regnum Dei sine omni baptismo, sicut patet de pueris circumcisis tempore legis defunctis antequam haberent usum rationis, ergo et nunc est possibile. Sed illud quod tunc erat possibile secundum leges tunc institutas, nunc non est possibile secundum legem nunc institutam, licet absolute sit possibile. Ex illa distinctione patet responsio ad dubium motum.

[Dubium 31]

I Tertium dubium est contra eandem concl. 2: »Quod est de se et secundum essentiam suam laudabile et acceptabile, si causet actum aliquem, non est minus scilicet necessario laudabile; caritas est huiusmodi secundum *Apostolum*: »Maior horum caritas«; ergo etc.

Item: Dicit *Apostolus*: »Impossibile est sine fide placere Deo«; ergo similiter impossibile est, posita fide per dictionem operante, non placere Deo.

Ad primum »dico quod 'laudabile' accipitur multipliciter. Uno modo pro omni natura, quae est bona, sive sit creata sive increata. Sic loquitur *Augustinus* III De libero arbitrio, dicens: »Si laudatur rationalis creatura, quae facta est, nemo dubitet laudandum esse qui fecit.« Alio modo dicitur, cuius bonitas ordinatur ad aliquem alium actum. Et sic dicitur I Ethicorum quod optimum non est laus. Tertio modo accipitur 'laudabile' ut opponitur vituperabili. Et sic est aliquod bonum existens in nostra potestate dignum retributione et laude; sicut 'vituperabile' est aliquod vitium existens in nostra potestate dignum increpatione et poena. Et de isto dicitur III Ethicorum a *Philosopho*: »Nullus itaque improperabit caeco ex natura vel infirmitate vel ex plaga, sed magis miserebitur. Eum autem qui ex vini potatione vel alia incontinentia, omnis utique increpabit. Eorum autem quae circa corpus malitiarum, quae in nobis, increpantur; quae non in nobis autem non.« Et sic accipit *Augustinus* III De libero arbitrio: »Motus, quo huc vel illuc voluntas

17 in om. BF

I 1/42 om. XZ

13/14 Cf. Lomb. I d. 43 c. 5 n. 396s
(MPL 192, 639).

16/17 Ioh. 3, 5.

I 1/4 Cf. Occ., Quodl. VI q. 2 arg.

3/4 I Cor 13, 13; cit. apud Occ. ib.

5 Hebr. 11, 6.

6 Cf. Gal. 5, 6.

7/26 Occ. ib. (ad arg. princ.).

9/10 Aug., De lib. arb. III c. 13 n. 37
1272).

(C. Car. 29, 297, 27-29; MPL 32,
1289).

11 Arist., Eth. Nicom. I c. 12
(1101b 22).

15/18 Arist., Eth. Nicom. III c. 7 (c. 5)
(1114a 25-29).

19/21 Aug., De lib. arb. III c. 1 n. 3
(C. Car. 29, 276, 97-100; MPL 32,
1272).

convertitur, nisi voluntarius atque in nostra potestate positus, neque laudandus, cum ad superiora, neque culpandus homo esset, cum ad inferiora detorqueat.

Primo modo et secundo caritas est laudabilis, sed non tertio modo. Nec sumus laudandi sic, quia Deus nobis infundit caritatem, quae non est in potestate nostra, quamvis sumus aliquo modo laudabiles, si nos disponimus ad recipiendum caritatem. Similiter caritas laudabilis est, inquantum est operis meritorii causa et principium.

Ad secundum dico: »Duplex est necessitas, scilicet absoluta et ex suppositione. Necessitas absoluta est, quando aliquid simpliciter est necessarium, ita quod eius oppositum esse verum includit contradictionem. Et sic haec absolute est necessaria: 'Homo est risibilis', 'Deus est' et huiusmodi, quia contradictio est quod haec sunt falsae et contradictoriae verae. Necessitas ex suppositione est, quando aliqua condicionalis est necessaria, quamvis tam anteedens quam consequens sit contingentis. Sic haec est necessaria: 'Si Petrus est praedestinatus, Petrus salvabitur', et tamen tam anteedens quam consequens est contingens. Vel quando aliqua talis consequentia est necessaria, tunc dicitur necessitas ex suppositione.

Dico ergo »quod Deus non de necessitate acceptat actum elicatum ex caritate creata, loquendo de absoluta necessitate; sed potest de potentia sua absoluta istum actum non acceptare, accipiendo 'non acceptare' pro non velle alicui dare vitam aeternam. Quod probatur: Quia secundum sanctos Deus nihil agit ad extra de necessitate, nec aliquid aliud a se vult necessario, ergo quocumque actu posito in viatore, Deus non de necessitate naturae vult sibi dare vitam aeternam, et per consequens potest non acceptare talem actum.

[Dubium 41]

Quantum dubium contra eandem conclusionem: Si sic, aliquis posset esse gratus et non gratus Deo sive carus et non carus; carus ex caritate, quam habet, et non carus ex casu posito.

Ad illud dicitur quod accipiendo 'caritatem' absolute pro forma inherente vel 'carus' pro omni illo, cui praeparatur vita aeterna, sic de potentia Dei absoluta potest aliquis esse carus sine caritate.

Unde notandum quod est caritas creata et increata. Sine caritate increata nemo potest esse carus Deo. Sed sumendo pro caritate creata, sumitur dupliciter, scilicet »pro quodam habitu absolute infuso; et sic non est nomen connotativum, sed absolute significat illam qualitatem. Et sic iterum aliquis potest esse carus sine

20 atque] et F 30 haec] haec TB
24 recipiendum] recipiendam BLF K 1/67 om. XZ

27/35 Occ. ib. (Circa primum).

36/42 Occ. ib. (Secundo dico).

K 1 V. supra concl. 1, 2 C/D.

1/3 Cf. Occ. I d. 17 q. 1 A (arg.

9/13 Cf. Occ. ib. q. 1 Z.
princ.).

4/6 Cf. Occ. ib. Z.

7/8 Cf. Occ. ib. q. 3 B (opinio Ma-

gisteri).

caritate. Alio modo sumitur pro termino connotativo, ut est abstractum illius concepti 'carus' accepti ad sensum praefatum, ut scilicet connotat aliquem esse gratum Deo. Ut sic sine caritate nemo potest esse carus Deo.

[Corollarium 1]

Ex illis dictis sequitur corollarium primum, scilicet: Actus viatoris potest ex caritate elici et nullatenus a Deo ad praemium acceptari.

Sed contra hoc corollarium arguitur: «Deus est rationalissimus dilector; sed dilectio secundum rectam rationem meretur redactionem secundum illud Prov. 8: »Ego diligentes me diligo«; ergo non potest non diligere se diligentes, maxime ex caritate, secundum illud Ioh. 14: »Qui diligit me, diligitur a Patre meo, et ego diligam eum.« Consequentia tenet, quia non potest facere vel omittere contra rectam rationem; alioquin posset peccare, quod blasphemium est cogitare.

Item: Deus ex natura rei et necessario diligit caritatem et iustitiam; ergo et ceteras virtutes; ergo etiam participantibus illas. Tenet consequentia, quia impossibile est, quod actus feratur super aliquam formam, quin feratur super participantem illam, saltem materialiter et per accidens; sicut non potest visus videre colorem parietis, quin videat parietem. Antecedens probatur: Quia necessario et immutabiliter diligit suam iustitiam, caritatem etc. et complaceat sibi in ea, et ita etiam omnia iusta et omnes diligentes se etc. Quia omnia talia per habitum iustitiae et caritatis (maxime infusum) participant iustitiam divinam.

Item: Quidquid est bonum, honestum et delectabile, in veritate est Deo complaceans et acceptum; sed virtutes sunt huiusmodi; ergo. Consequentia nota. Maior probatur: Quia secundum *Philosophum* III ethicorum cap. 10 virtutes tamquam bene dispositae sunt regula et mensura eorum quae sunt bona et delectabilia secundum veritatem. Deus autem virtuosissimus est et optimo dispositus ad recte iudicandum. Minor videtur nota, quia virtutes sunt per se et secundum se pulchrae, bonae et appetibiles.

Ad primum dicitur quod, etsi Deus non potest non diligere diligentes se aliqua dilectione seu complacentia, puta generali, ut in not. 2 patuit, non tamen sequitur quod ea dilectione, qua ordinantur ad vitam aeternam, quae dicitur complacentia specialissima. Et quod inferitur: Deus non potest contra rectam rationem, verum est. Sed recta ratio quantum ad exteriorem est voluntas sua. Non enim habet aliam regulam, cui teneatur se conformare, sed ipsa divina voluntas est

20 diligatur] diligetur BL

20 se om. L

17/21 Cf. Petr. Aureoli I d. 17 q. 1 a. 2 propos. 1 arg. 3 (Romae 1596, fol. 409b D-F); Occ. ib. C (Tertia).

31/37 Cf. Petr. Aureoli ib. arg. 5 (fol. 410a B/C); Occ. ib. (Quinta).

19/21 Prov. 8, 17; Ioh. 14, 21; cit. apud Petr. Aureoli et Occ. ib.

33/35 Cf. Arist. Eth. Nicom. III c. 6 (c. 4) (1113a 29-33); cit. apud Petr. Aur. et Occ. ib.

23/30 Cf. Petr. Aureoli ib. arg. 4 (fol. 409b F - 410a B); Occ. ib. (Quarta).

38/41 Cf. Occ. ib. S. 38 V. supra lin. 17ss. 39 V. supra B 3ss. 41/42 V. supra lin. 21s.

regula omnium contingentium. Nec enim, quia aliquid rectum est aut iustum, ideo Deus vult; sed quia Deus vult, ideo iustum et rectum. Possent ergo amiliare diligenter se; quod si faceret, non iniuste faceret, quia nemo ei dicit: »Cur ita facis?«

Auctoritates adductae loquuntur de facto secundum ordinem institutum.

Ad secundum dicendum quod, si assumptum intelligitur de iustitia etc. in creatura, quae Deus est, verum est; quia necessario se diligit. Ut cum inferitur: »ergo et ceteras virtutes«, negatur. Cum inferitur: »ergo et eas participantibus«, si loquitur de participatione reali per identitatem vel informationem, quo modo procedit argumentum, tunc nihil participat divinam iustitiam vel bonitatem. Si vero loquitur de participatione per imitationem, quo modo effectus imitatur suam causam, negatur quod actus divinae complacentiae specialissimae et acceptationis gratituae feratur in sic participantibus necessario, quia tunc (cum omnis creatura participet divinam bonitatem) omnis creatura, etiam irrationalis, acceptaretur ad vitam beatam. Nec hoc probat ratio.

Si autem in primo assumpto loquitur de iustitia creata etc., negetur quod necessario diligit illas et acceptet tali speciali complacentia et dilectione, de qua est conclusio et corollarium. Verum complaceat sibi in omni creatura complacentia generali, ut in not. 2 patuit. Non autem oportet quod illa speciali, quae est ordinatio ad vitam; quia tunc necessario acceptaretur natura angelica, quae perfectior est quocumque habitu.

Per hoc ad tertium dicitur quod bonum est Deo acceptum et placitum generali complacentia seu etiam speciali, illa videlicet, qua vult ipsum esse tale bonum et sic perfectum et delectabile. Non autem oportet quod acceptetur illa acceptance, de qua conclusio et corollarium.

[Corollarium 2]

Corollarium secundum: Deus acceptare potest ad gloriam de potentia sua absoluta viatoris actum et naturam, non infusa gratum faciente gratia.

Contra hoc corollarium arguitur: Actus immutabilis et aeternus habet obiectum immutabile et aeternum, sine cuius participatione nova non potest de novo transire super obiectum; actus divinae acceptationis est immutabilis et aeternus; ergo habet obiectum immutabile, sine cuius participatione nova etc. Tenet consequentia in tertio primae.

Maior patet, quia actus non est sine obiecto, ut puta cognitio sine cognoscibili, dilectio sine diligibili. Alioquin aliquis cognosceret et diligeret, et tamen nihil cognosceret et nihil diligeret; quod implicat. Ergo actus immutabilis non est sine

L 1/54 om. XZ

46 Ioh. 9, 12. 48 V. supra lin. 23ss. 49/50 V. supra lin. 23s. 50 V. supra lin. 24. 58/63 Cf. Occ. ib. T. 60/61 V. supra B 3ss. 61/62 V. supra B 14ss. 64 V. supra lin. 31ss.

64/67 Cf. Occ. ib. T. Cf. Petr. Aureoli I d. 17 q. 1 a. 2 propos. 1 arg. 1 (fol. 408b E - 409b B); Occ. ib. C (Prima ratio).

6/7 Cf. Petr. Hispan. Summulae Logicarum tract. 4 (4.07). V. supra lin. 3-5.

obiecto immutabili; alioquin, si mutaretur obiectum et non actus, actus esset sine obiecto.

Ex eodem patet quod actus aeternus non potest de novo transire super obiectum sine nova participatione obiecti aeterni. Alias habendo novum obiectum, haberet obiectum per se mutabile, quia novum.

Minor patet, quia omnis actus Dei est intrinsecus Deo et ita Deus et per consequens immutabilis et aeternus.

Tunc ultra: Illud obiectum non erit aliquis actus vel habitus naturaliter elicitus, quia omnis talis potest esse Deo non acceptus, ergo aliquis infusus. Et non alius nisi caritas, ergo.

Ad hoc potest uno modo responderi negando maiorem universaliter, quia solum habet veritatem, quando actus ille immutabiliter et necessario transit super obiectum. Secus si transit contingenter super obiectum. Sicut actus creandi quantum ad totum illud quod importat, in Deo est aeternus, et tamen non habet obiectum immutabile, quia eo ipso quod est obiectum creationis, est mutabile, quia produciibile de nihilo. Et dominari est actus aeternus, et tamen non habet obiectum immutabile, quia etsi aeternus est quantum ad id quod est in Deo, non tamen transit super obiectum nihil aliud est quam actualiter creare vel dominari, ubi importatur creatura. Quae quia est contingens, transitus ille est contingens.

Consequenter conceditur quod actus aeternus contingenter transiens potest esse sine obiecto, quia id quod in Deo est actus creandi, puta divinum velle, est aeternum, sed non aeternaliter transit, quia Deus non aeternaliter creat. Est ergo sine creabili, quando actu non creat.

Et si arguitur: Tunc cognosceret, et nihil cognosceret etc., dicitur: Quando actu cognoscit et diligit, tunc actus transit. Sed si per possibile vel impossibile actu non cognosceret vel diligeret, non transiret actus, nec haberet obiectum.

Aliiter respondetur ad illam maiorem »actus aeternus etc., distinguendo ratione illius termini 'obiectum immutabile': Aut intelligitur de habere obiectum aeternum et immutabile in esse obiectivo vel in existentia reali.

Si primo modo, vera est maior, quia quidquid pro certo instanti est obiectum actus divini, ab aeterno est obiectum talis actus. Nam actus divinae acceptationis est velle A pro certo instanti acceptare. Et sicut ab aeterno vult Deus A acceptare pro illo instanti, ita A ab aeterno est obiectum huius velle divini. Et ita nunquam actus est sine obiecto in esse obiectivo. Sic suo modo de obiecto dominationis, creationis etc.

Si autem intelligitur maior de habere obiectum immutabile in esse subiectivo, id est in reali existentia, sic manifeste est falsa, etiam de actu divino transiente et necessario, quia actus divinae cognitionis necessario transit in omne cognoscibile,

29	vel] et F	49	cognoscibile] corrigibile TBF
16	V. supra lin. 5.	35	V. supra lin. 9s.
21	V. supra lin. 3-5.	38	V. supra lin. 3ss.
21/23	Cf. Occ. ib. N.		

quia ab aeterno cognoscit omnia necessario et actualiter, et tamen obiectum cognitionis divinae non est aeternum et immutabile in esse actuali. Sic de actu complicitatis generali, quia sibi complacet omnis creatura possibilis.

Et nota quod 'obiectum' est terminus ampliativus ad quinque tempora. Unde non sequitur: 'A est obiectum; ergo A est'.

QUAESTIO SECUNDA

»*Utrum aliquis actus voluntatis possit esse meritorius sine caritate formaliter A informante*«

Ista quaestio dependet a praecedente et quaerit de posse non secundum legem ordinatam de facto, sed de posse absoluto.

Itaque impugnata a *Doctore* opinione contraria, ponitur secundum eum haec conclusio responsalis: »Non includit contradictionem actum esse meritorium sine omni habitu supernaturali formaliter inherente.«

Probatur: Quia actum esse meritorium dependet ex sola Dei gratuita voluntate eum libere ad praemiandum acceptante et non ex quacunque causa creata. Sed »sicut Deus voluntarie et libere acceptat meritum ab omni motum voluntatis, eundem elicitur ab habente caritatem, ita de potentia sua absoluta posset acceptare eundem motum voluntatis, si non infunderet caritatem.

Item: Sicut Deus sine omni dono creato animam informante potest eam acceptare ad vitam aeternam, ita etiam actum eiusdem de se non vituperabilem.

Item quod propter habitum nullus actus sit meritorius de se, probatur: Quia propter habitum praecise nullus actus est laudabilis, ergo nec meritorius. Consequentia nota.

Et antecedens probatur dupliciter.

Primo: Quia nihil est meritorium nisi quia in nostra potestate est, hoc est, quia libere et voluntarie elicitum aut imperatum; sed esse in nostra potestate ad agendum vel non agendum non est ab habitu, cum habitus sit causa naturalis; ergo ratio meriti, quantum est ex parte nostra, »principaliter consistit penes voluntatem, quae est de se libera ad agendum et non agendum, et non penes habitum.

Secundo: »Quia nullus habitus est de se laudabilis, non acquisitus; ergo nec infusus, qui minus est in potestate voluntatis quam acquisitus. Antecedens patet, 25

4 3	a praecedente om. Z	13	dono om. X
5	Itaque ... eum] Reprobata opinione contraria est XZ	14	eiusdem] eius Z
12	infunderet] infundat XZ	15	probatur om. Z
		18	Et om. Z
4 1/2	Occ. I d. 17 q. 2 A.	8/12	Cf. Occ. ib. D.
5	Cf. Occ. ib. B/C.	15/23	Cf. Occ. ib. C (Tertio).
6/7	Occ. ib. D.	24/29	Cf. Occ. ib. (Quarto).

quia nullus talis est de se vituperabilis; ergo nec aliquis est laudabilis. Consequentia tenet, quia contraria sunt circa idem. Antecedens patet, quia non est vitiosus. Ille enim non reddit hominem vituperabilem, quia stat cum caritate, quam habens est non vituperabilis.

30 Unde nulla est impossibilitas neque ex parte Dei neque nostra, quin actum diligendi Deum propter se a voluntate libere elictum Deus possit ex sua gratia acceptare tamquam meritum vitae aeternae, nullo habitu existente in voluntate.

35 Unde sequitur corollarie quod sine gratia nullus actus potest esse meritorius. 'Gratia' dico non formaliter voluntatem vel animam informantem, quae creatura est, sed sine gratia increata (quae est gratiosa Dei voluntas) libere et misericorditer actum tamquam meritum acceptante. Et haec est ratio formalis meriti, et nulla alia. Haec enim existente, nullis aliis ab actu et voluntate eliciente positis, actus est meritorius. Et ea non posita, omnibus aliis positis, actus non est meritorius.

Diceres: Ad actum esse meritorium requiritur integritas omnium circumstantiarum, et praesertim ut omnia divina volita impleantur; sed ad hoc non sufficit homo ex suis naturalibus; ergo.

10 Solutio: Ad actum meritorium non oportet »quod tota lex actualiter impleatur, sed quod aliquod mandatum impleatur vel consilium, id est opus debiti vel supererogationis, et quod contra nullum mandatum fiat transgressio.

Haec est summaria abbreviatio horum quae per *Doctorem* tractantur in quae-stione illa.

QUESTIO TERTIA

A » *Utrum de facto omni actui meritorio caritas creata praesupponatur*

Ternario articulo-num numero terminabitur quaestio.

[Articulus 1]

[Notabile]

5 Circa articulum primum, quia quaestio illa una cum praecedente quaestione loquitur de actu meritorio et de caritate, videnda essent hic aliqua de actu meritorio: quid est, in quo consistit ratio meriti et similia, saltem breviter. Sed quia de hoc diffusius solet tractari circa secundum Sententiarum, unde et in II dist. 27

27 est om. XZTB 13/14 Haec ... illa om. XZ

28 non om. L 4 1 actu] actu TB

B 7 omnium] add. Z: suarum 2 Ternario ... quaestio om. XZ

12 quod om. XZ | transgressio] add. 5/19 Circa ... necessitatis om. XZ; Z: quod nota pro istis habent; Notandum quod

B 1/6 Cf. Occ. I d. 17 q. 3 B (opinio 10/12 Cf. Occ. ib. I.

Magistri). 4 1 Occ. I d. 17 q. 3 A.

7/9 Cf. Occ. I d. 17 q. 2 A (Primo. 5 V. Biel I d. 17 q. 2 A 1s.

Secundo). 8/9 Cf. Biel II d. 27 A-D.

aliquid de hoc diximus, quid scilicet est actus meritorius, in quo consistit ratio meriti, et quod duplex est meritum et similia, ideo hic non repetitur amore brevitatibus.

Secundo suppono ex II dist. 26, quid est gratia et caritas, de eorum identitate, diversitate, perfectione, excellentia, conditione, per totam illam distinctionem.

Tertio suppono hic distinctionem tactam quaestione praecedenti de caritate duplici, creata scilicet, quae, ut habetur in Clementinis De summa Trinitate et fide catholica cap. unico, est habitus infusus, et increata, quae est voluntas divina, sine qua nullus est Deo gratus vel acceptus nec actus quicumque meritorius.

Quarto suppono ex distinctione praesenti q. 1 art. 3 multiplicem acceptionem necessitatis.

[Conclusio 1]

Pro articulo secundo est haec conclusio prima: Omnis actus meritorius necessario praesupponit caritatem creatam secundum legem Dei ordinatam.

[Articulus 2]

caritas, quia abstractum huius nominis 'carus', [add. Z: quod] idem est quod 'complacens' vel 'acceptus'. Et ideo proprie accipiendo significat, quo aliquis est Deo complacens vel acceptus, non quatenusque complacencia, sed propriissime dicta, scilicet ad vitam aeternam, modo supra exposito [Z: supradicto vel exposito] Et licet de facto Spiritus Sanctus [X*7; X in marg.: Deus] nullum acceptet ad vitam aeternam, nisi cui intulit habitum caritatis, non tamen inclaudit contradictionem acceptare sic aliquem sine omni dono creato, ut supra probatum est. Sic ergo caritas dupliciter potest accipi: Uno modo pro illo, quo sit meritorie diligimus Deum, quod sine illo nullus potest esse carus Deo nec meritorium opus facere. Et illo [om. Z] modo [om. Z] caritas est gratuita Dei voluntas, acceptans aliquem tamquam dignum vitae aeternae. Et ita supponit pro divina voluntate, connotando aliquem ordinari vel dignificari per Spiritum Sanctum ad vitam aeternam [ad

B 1/32

14/17

Add. X in marg.: Quod autem gratia sit habitus, habetur ex determinatione ecclesiae. Extra

De summa Trinitate et fide catholica, ubi dicitur: »Quantum ad effectum baptismi in parvulis etc. In Clementinis habetur. Pro ... vera] XZ: Conclusio responsalis: Omni actui meritorio praesupponitur caritas creata secundum legem ordinatam, licet non secundum potentiam absolutam [pro secundum ... absolutam] habet Z: de potentia absolutam]. Primum patet, quia ordinavit Deus nullum acceptare ad vitam aeternam, nisi in quo est caritas creata [Z: Dei]; nec actum aliquem elictum ad praesum aeternum, nisi ex huius inclinatione elictum; hoc autem dicitur propter sanctorum auctoritates.

1134).

13/19 Cf. Biel I d. 17 q. 1 127ss.

B 1/2 Cf. Occ. I d. 17 q. 3 C.

12/13 Cf. Biel II d. 26 D-F.

14 Cf. Biel I d. 17 q. 1 K 7ss.

15/16 Cf. § 3 cap. un. in Clem. de summa Trin. I 1 (Rf. II,

Probatur conclusio: Omnis actus meritorius (de quo conclusio principaliter loquitur) est meritorius vitae aeternae. Statuit autem lex divina nullum sine gratia salvandum. Unde *Apostolus* 1 Cor. 13: «Si linguis hominum loquar et angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, ita ut montes transferam, caritatem autem non habuero, habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil sumus etc. Item ad Rom. 6: «Gratia Dei vita aeterna». Item: «Per gratiam Domini nostri Iesu Christi credimus salvari», Act. 15. Et cetera multa allegari possunt.

Ut enim homo sit acceptus Deo ad vitam possidendam et opera eius meritoria, necesse est necessitate condicionata, de qua supra q. 1 in dub. 3, sibi inesse donum supernaturale a Deo infusum, quod caritas sive gratia nominatur (gratia, quia eo Deus acceptat naturam; caritas, quia inclinat ad diligendum Deum). Hoc donum sola assistentia naturam gratificat, sed actum ex inclinatione ad ipsum.

Habet autem hoc donum infusum inclinare primo et principaliter ad actum proprium, qui est diligere Deum, et mediante illo ad cunctos alios virtutis actum. Sicut ceteri habitus acquisiti ad facilius, expeditius, delectabilius elicendum actum similes illi, a quibus geniti sunt, inclinant secundum *Philosophum* II Ethicorum. Ratione sic probatur secundum *Thomam*: Homo in puris naturalibus existens non potest mereri gloriam; ergo requiritur caritas. Consequentia nota. Antecedens probatur: Quia meritum hominis dependet ex divina ordinatione. Nulla autem res ex divina ordinatione excedit proportionem suae virtutis, quae est principium naturae creatae, quia «nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus diligens visum». Ideo nulla creatura creata sine dono supernaturali sufficit ad praemium.

Practerea: Peccatori non debetur vita, sed mors secundum illud: «Stipendia peccati mors», Rom. 6. Omnes autem peccavimus in Adam secundum *Apostolum* Rom. 5. Prius opus est reconciliatione, haec autem fit per gratiam. Quare conclusio vera.

Notanter dictum est «secundum legem Dei ordinatam», quia ut supra ostensum est q. 1 et 2 huius distinctionis, non includit contradictionem sine huiusmodi

- 16 sed] scilicet BL
28 praemium] primum BL
33/36 Notanter ... caritatis] XZ: Secunda pars conclusionis, scilicet «non de potentia absolutae» vide supra ad B 1/32, in. 5-8),
- 5/9 1 Cor 13, 1-2.
9 Rom 6, 23.
9/10 Act 15, 11.
13 V. Biel I d. 17 q. 11 §1 ss.
19/20 Cf. Arist., Eth. Nicom. II c. 1. 3 (1103a 31 - b 2, 1105a 14-16); cit. apud Dur. de S. Porc. I d. 17 q. 2 arg. 2 (fol. 69 G).
21/28 Cf. Thom., S. Th. I/II q. 114 a. 2
- 26/27 1 Cor 2, 9; cit. apud Thom. ib.
29/31 Cf. Thom. ib.
29/30 Rom 6, 23; cit. apud Thom. ib.
30 Cf. Rom 5, 12.
33 V. supra in. 2.
33/35 Cf. Biel I d. 17 q. 1 C 1 ss; E 1 ss; K 1 ss; L 1 s; q. 2 A 6 s. 30 ss.

habitu aliquem ad vitam et habentem non acceptare, licet de facto Deus neminem acceptet ad vitam, nisi cui infundit habitum caritatis.

[Conclusio 2]

Secunda conclusio: Caritas, sine qua impossibile est aliquem acceptari ad vitam aeternam vel actum eius esse meritorium, non est aliqua entitas creata.

Patet ex dictis in q. 1 et 2.

[Corollarium]

Corollarium secundum *Magistrum*: Caritas, qua meritorie diligimus Deum et proximum, est Spiritus Sanctus. Non sic intelligendo quod Spiritu Sancto formaliter diligimus Deum et proximum. Hoc enim quo sic diligimus, est actus a nostra voluntate elicitus vel habitus derelictus vel infusus. Sed ratio formalis praecise, unde actus dicitur meritorius aut agens Deo carus, est gratuita Dei voluntas, quae est Spiritus Sanctus. Et si hunc intellectum habuit *Magister*, cum dixit quod caritas, qua diligimus Deum et proximum, est Spiritus Sanctus, verum dixit. Et sic salvat eum *Auctor*. Nec vult *Magister* negare, quin praeter illud donum, quod est Spiritus Sanctus, etiam aliud donum creatum donetur, quod sit habitus inclinans ad diligendum.

Ex illo patet quod aliter Spiritus Sanctus est causa actus caritative diligendi in nobis, ut scilicet cari sumus Deo, et aliter causatur actus credendi et sperandi; quia illorum est causa sine speciali acceptatione, non sic actus diligendi, quo caritative diligimus Deum et proximum.

[Dubium 1]

Pro articulo tertio dubiatur contra concl. 1, primo auctoritate, secundo ratione. D

[Articulus 3]

Patet ... 2] XZ: Patet ex probatione secundae partis conclusionis praemissae, secundum *Magistrum om. XZ* quo sic diligimus om. XZ praecise om. XZ

12 Auctor] add. X: Ille; Z: iste creatum om. XZ

13 causatur om. XZ

16 diligimus ... proximum om. Z

18 Add. X in marg.: Notandum quod hoc complexum 'quia diligimus Deum' tripliciter accipitur. Uno modo effective, et sic appropriatur Spiritui Sancto et

- C 1/2 Cf. Occ. ib. B.
3 Cf. Biel I d. 17 q. 1 B 14 ss; K 7 ss; q. 2 A 8 ss; B 2 ss.
- 5/18 Cf. Occ. ib. B.
5/6 Cf. Lomb. I d. 17 c. 2 n. 143 (MPL 192, 564).

(Argumenta ex auctoritate)

Auctoritate Scripturae sic: Opus meretur mercedem aeternam sine gratia, igitur.

Antecedens probatur: Quia merces illa debetur operibus et laboribus sanctorum secundum id 2Par. 15: »Erit merces operibus vestris.« Item Sap. 10: Reddet Deus mercedem laborum »sanctorum suorum.« Item 1Cor. 3: »Unusquisque propriam mercedem recipiet secundum suum laborem.« Haec merces non est nisi merces caelestis secundum illud Mt. 5: »Miseres vestra copiosa est in caelis.« Quod etiam sit merces de condigno, patet Lc. 10: »Dignus est operarius mercedo sua.« Ex his et aliis multis patet, ut videatur, quod merces aeterna debetur operibus. Sed merces, quae debetur operibus, non imputatur secundum gratiam, ad Rom. 4: »Ei, qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum.« Ergo merces sanctorum non debetur ex gratia.

Consequentia tenet syllogistice, sic arguendo: Nulla merces debita operi debetur ex gratia; merces sanctorum est debita operi; ergo non debetur ex gratia. Ultra: ergo gratia non est necessaria.

(Responsio ad argumenta ex auctoritate)

Respondetur quod in omnibus istis auctoritatibus non excluditur gratia. Operi ergo debetur merces, sed non nisi operi digno. Sed nullum opus est dignum mercede tali sine gratia secundum illud Rom. 4: »Ei, qui operatur, merces debetur etc. Et loquitur de mercede operis, sedula gratia. Loquitur enim contra eos, qui ex operibus legis sine gratia salvari contendebant.

Unde vult arguere *Apostolus*: »Ei, qui operatur opera legis sine gratia, merces non imputatur secundum gratiam; vita autem aeterna datur secundum gratiam, ut postea probat; ergo non est merces operibus legis sine gratia debita.

(Argumenta ex ratione)

Contra conclusionem arguitur secundo et ratione:

(1.) Caritas infusa non praesupponitur actui meritorio secundum legem Dei ordinatam; ergo conclusio falsa.

Antecedens probatur: Quia magis meretur voluntas actu suo ex naturalibus elicitio quam habitu caritatis; ergo non requiritur habitus. Consequentia nota, quia haec est sola causa habitus caritatis, ut actus voluntatis sit per eam meritorius. Antecedens probatur: Quia voluntas magis meretur per illud quod est in potestate eius, quam per illud quod non est in sua potestate; sed actus suus ex naturalibus elicitus magis est in potestate sua quam habitus infusus; ergo. Consequentia nota.

E 1/65 om. XZ

D 6 2Par 15, 7.
6/7 Cf. Sap 10, 17.
7/8 1Cor 3, 8.
9 Mt 5, 12.
10 Lc 10, 7.

12/13 Rom 4, 4.
21 Cf. Rom 4, 4.
24/25 Rom 4, 4.
25 Cf. Rom 6, 23.

Maiores probatur: Quia per illud quod non est in nostra potestate, neque laudamur neque vituperamur, quia deficit ratio voluntarii; ergo nec meremur, quia mereri est actus laudabilis.

(2.) Item: Si requiritur caritas infusa, vel ut magis accepta Deo voluntate et eius actu vel non.

Non secundum, quia si actus est acceptus Deo propter caritatem, caritas erit magis accepta, per regulam *Philosophi* I Posteriorum: »Propter quod unumquodque tale etc.

Nec primum, quia si est magis accepta, aut propter eius bonitatem naturalem vel moralem.

Non primum, quia sic ipsa voluntas in se et quaelibet creatura rationalis eo quod est perfectior tali habita, est acceptior, quia maius bonum et perfectum est magis Deo acceptum.

Nec secundum, scilicet propter perfectionem moralem, quia nunquam est perfectio moralis, nisi illud sit in potestate eius quod perficit. Habitus autem infusus non est in potestate voluntatis, quam perficit, cum sit a solo Deo.

Et si diceres: Sufficit quod est in potestate agentis, scilicet Dei, contra: Non plus est ille habitus in potestate Dei quam ipsa voluntas vel actus eius vel quam natura humana aut angelica, immo quam quaecumque creatura, quia in eius ditione aequae cuncta sunt posita, nec unum magis altero.

Si diceres quod habitus ille sit in potestate voluntatis dispositive, pro quanto se potest voluntarie disponere ad eius susceptionem, contra: Habitus ille potest dari alicui sine omni sua dispositione praevia, ut patet de parvulis baptizatis. Nec valet dicere quod praecedat sacramentum baptismi, tum quia sacramentum baptismi non est in voluntate parvuli, tum quia Deus potentiam suam non alligavit sacramentis, ut dicit *Magister*. Ideo quod dare potest per sacramentum, potest etiam dare sine sacramentis.

(3.) Item: Quandocumque duo actus sunt eiusdem rationis, quorum neuter habet circumstantiam malam, si unus est acceptus Deo, etiam alius, cum nulla sit ratio diversitatis; sed actus elicitus post caritatem infusam est eiusdem rationis cum eo, qui ante caritatem elicitus est; igitur si unus est acceptus, etiam et alius.

Consequentia nota cum maiori.

Minor patet, quia actus generativus habitus est eiusdem rationis cum actu elicitio per habitum. Alioquin per eum habitus non augmentaretur; per ea enim augmentatur, per quae generatur.

(4.) Item: Omnis actus, qui est meritorius cum aliqua circumstantia, quae nec de se est laudabilis nec vituperabilis, etiam est meritorius sine illa circumstantia;

30 magis] maius TB 31 dispositive] dispositione TBL

11/12 Cf. Arist., Eth. Nicom. II c. 4 31/33 Cf. Occ. ib.
(1105b 31s; 1106a 8s). 35/36 Cf. Lomb. IV d. 1 c. 4 n. 6 (MPL
17/18 Cf. Arist., Post. Analyt. I c. 2 192, 840).
f. 15 (72a 29s). 38/42 Cf. Occ. I d. 17 q. 1 K.
19/30 Cf. Occ. I d. 17 q. 1 H (Tertio). 46/59 Cf. Occ. I d. 17 q. 2 C (Quarto).
29/30 Cf. Esc. 13, 9.

sed actus aliquis cum caritate (puta diligendi Deum) est meritorius, et illa circumstantia, scilicet caritas infusa, de se non est laudabilis; ergo sine ea adhuc est meritorius. Consequentia est in Darii.

Maiores patet, quia circumstantia, quae de se nec est laudabilis nec vituperabilis, non facit actum meritorium nec demeritorium, cum maxime laudabile sit actum esse meritorium.

Minor pro parte prima est conclusio prima.

Pro secunda, scilicet quod caritas de se non sit laudabilis, probatur: Quia nullus habitus est de se laudabilis. Quod probatur: Quia non acquisitus; ergo multo minus infusus, quia minus habet de voluntario quam is, qui de actibus libere elicitis est acquisitus. Quod vero acquisitus non sit de se laudabilis nec vituperabilis, probatur: Quia quilibet indifferenter stare potest cum Dei amicitia et odio. Nam si aliquis vitiosus repente convertitur et fit de inimico amicus, non statim corrumpuntur habitus vitiosi acquisiti, quia adhuc post conversionem sentiet se magis inclinatam ad priores actus vitiosos, donec per oppositos habitus virtuosos (per exercitium bonorum actuum acquisitos) corrumpantur. Sic si multas habens virtutes incidit in mortale, fit inimicus Dei, et tamen non statim corrumpuntur habitus virtutum.

[Notabile]

Pro solutione illarum rationum nota quod, licet ad meritum vitae aeternae de condigno plura de facto requirantur, ut patet in II dist. 27, puta quod sit libere elicitum et secundum inclinationem gratiae et per hoc condignum praemio et acceptum a Deo liberaliter ad huiusmodi praemium, tamen illud ultimum est principale in ratione meriti, quo solo existente sine aliis, actus est meritorius et persona digna praemio, eo non existente, licet sit actus libere elicitus et secundum inclinationem caritatis et gratiae, non est meritum neque condignitas. Unde nullus actus quantumcumque libere elicitus, etiam cum quocumque dono creato, sive gratia sive caritate, est essentialiter meritorius, sed ex sola liberali acceptatione divina et ita praecise ex sola gratia increata, ut patuit q. 2 et quaestione praesenti concl. 2. Quod autem de facto requiratur caritas infusa, quae est ipsa gratia, est ex sola misericordiae ordinatione divina. Ordinavit enim Deus se velle omni, quem decrevit acceptare ad gloriam, conferre hunc ornatum, qui est gratia, quo perficitur et ad bonum libere elicendi praeparatur et adiuvatur. Quod ergo caritas requiritur, non est propter perfectionem caritatis, sed propter beneplacitum Dei et suae benignissimae voluntatis.

55 sit] *add.* TB: de se
F 1/38 om. XZ
8 sive] sine TBL
9 sive] sine BL
12 quem] quod TB
14 eliciendi] eliciendum L

50 Cf. Petr. Hisp., Summulae Logi- 59/65 Cf. Occ. I d. 17 q. 1 E (Quinto).
cales, tract. 4 (4.07 tertiusmodus). F 1/4 Cf. Biel II d. 27 C.
54 V. supra lin. 48. V. supra B 1 s. 5/10 Cf. Biel I d. 17 q. 2 B 1-6; v.
55 V. supra lin. 48 s. supra C 1 s.

(Responsio ad argumenta ex ratione)

Per hoc ad primam rationem potest dici breviter quod voluntas non magis meretur per hoc vel illud, nisi quia hoc vel illud acceptatur a Deo et quia Deus decrevit non velle aliquem actum acceptare nisi illum, qui elicitur ab habente caritatem et secundum eius inclinationem Deo ex hoc praecise est magis meritorius et non ex eo, quod est in potestate sua.

Nec sequitur: «Non laudamus, ergo non meremur», quia laus proprie Deo debetur, a quo est omne bonum et meritum nostrum.

Hinc *Augustinus* ad Sixtum presbyterum: «Cum coronat Deus merita nostra, nihil aliud coronat quam munera sua.» Magis ergo meritum est, quia est a Deo ad reddendum operanti magis acceptum, quam quia est in potestate nostra aut libere elicitum.

Ad secundum dicitur quod Deus non acceptat opus nostrum, quia caritas magis accepta, sed quia ita placuit. Et sic regula *Philosophi* non habet hic locum, quia intelligitur, quando aliquid est tale propter aliud esse tale praecise.

Ad tertium: Admisso quod actus meritorius et non-meritorius possunt esse eiusdem rationis essentialis, sed non accidentalis, est tamen ratio diversitatis sola divina voluntas Dei sic ordinantis.

Ad quartum negetur maior. Ad probationem conceditur quod circumstantia talis ex se vel natura propria non facit actum meritorium, sed ex ordinatione divina, quia quantumcumque esset laudabilis ex se, si a Deo non ordinaretur ad praemium, non faceret actum meritorium.

[Dubium 2]

Secundo dubitatur:

(1.) Si esset ponenda caritas infusa, maxime ut esset ratio acceptandi (actum ad praemium) voluntati divinae; sed hoc non, ergo. Consequentia nota.

Maiores patet, quia non videtur alia ratio ponendi caritatem infusam.

Minor probatur: Quia nihil creatum potest esse ratio actus divini nec in se nec ut tendit in tale obiectum, quia actus divinus est aeternus et immutabilis, omnis creatura temporalis et mutabilis ac possibilis. Sed mutabile non potest esse ratio immutabilis, quia tunc aliquid esset tale absque ratione sic essendi, quod est impossibile.

(2.) Item: Circumscripto omni dono supernaturali, est distinguere inter amicum et inimicum, ut inimicus dicatur in quo est peccatum non deletum et ita offensa Dei, et amicus in quo non est offensa. Ante autem collationem domini super-

G 1/38 om. XZ
7 possibilib] possibilis L
8 aliqui] aliquod TBL

18 V. supra E 2 s.
23 V. supra E 11 s.
25/26 Aug., Epist. 194 c. 5 n. 19 (MPL
33, 880).
28 Biel, Collectorium I
29 V. supra E 14 s.
30 V. supra E 17 s.
32 V. supra E 38 ss.
35 V. supra E 46 ss. 51 ss.

naturalis potest inimico dimitti offensam. Non enim necesse est, si dimittitur offensam per non-imputationem ad poenam, quod addatur donum ei, qui fuit inimicus. Nunc autem caritas potest distinguere inter filios regni et carceris secundum *Augustinum*.

(3.) Item: Si ponitur caritas, maxime ut inclinando potentiam concanset meritum; sed hoc non.

Minor probatur: Quia vel ut causa principalis vel minus principalis. Non secundum, quia principalis causa bonorum meritoriorum est; ergo, ut dicit *Magister* II dist. 27, ad quam voluntas habet se ut pedisequa, non praevia, concomitans, non dicens, ut dicit *Augustinus* ad Bonifatium papam. Si autem principalis, quia cum inclinet naturaliter, non libere sicut omnis habitus, sequitur quod actus meritorius non esset liber et in potestate voluntatis, sed naturalis. Tenet consequentia, quia effectus sequitur conditionem causae principalis.

Ad illa respondetur:

Ad primum dicitur quod caritas non est ratio acceptandi necessaria, ut patuit q. 1 et 2. Sed potest dici ratio acceptandi ex libera ordinatione divina ad hunc intellectum, quia ordinavit Deus non acceptare actum nisi ex caritate inclinante a voluntate elicito. Et illo modo nihil prohibet aliquid creatum esse rationem acceptandi Deo et ita actus divini.

Ad secundum dicitur quod potest distinguere inter amicum et inimicum sine caritate. Nec propter hoc requiritur caritas, sed propter ordinationem divinam saepe dictam. Distinguere vero filios regni consequitur caritatem ex divina ordinatione.

Ad tertium dicitur quod in actu meritorio duo est attendere, scilicet substantiam actus et rationem meriti. Quantum ad substantiam est principaliter a voluntate libere producente. Quantum ad rationem meriti est principaliter a caritate ex divina ordinatione, principalissime tamen et vere a Deo libere acceptante.

[Debitum 3]

Tertio dubitatur:

(1.) Homo naturaliter ordinatur ad beatitudinem tamquam ad suum finem; ergo potest eum naturalibus actibus consequi et per consequens sine dono supernaturali.

31 divini diminui TBL 3 eum] eam BL
H 1/40 om. XZ

G 15 Cf. Aug., De Trin. XV c. 18 27 V. supra lin. 2ss.
n. 32 (CChr 50A, 507, 1-3; MPL 42, 1082); cit. apud Occ. I d. 17 27/28 Cf. Biel I d. 17 q. 1 C 4ss; q. 2
q. 3 A. 32 V. supra lin. 10ss.
20/22 Cf. Aug., Epist. 186 ad Paulinum, c. 3 n. 10 (MPL 33, 819); 36 V. supra lin. 17ss.
cit. apud Lomb. II d. 26 c. 3 36/39 Cf. Scot. I d. 17 q. 1-2 n. 142.
n. 231 (MPL 192, 711); Scot. I 150-152 (V. 207s. 211); cf. Biel
d. 17 q. 1-2 n. 135 (V. 205, 4s).

Consequentia probatur: Quia natura nihil agit frustra, nec deficit in necessariis, III De anima; deficeret autem, si ad ea, in quae ordinat, perducere non posset. Antecedens probatur: Quia homo naturaliter appetit beatitudinem tamquam finem secundum beatum *Augustinum* XIII De Trinitate et *Boetium* III De consolatione. Ad illud autem ordinatur naturaliter, quod potest naturaliter consequi.

[2.] Item: Caritas impedit meritum; ergo non requiritur.

Antecedens probatur: Quia quo aliquis est magis debitus, eo minus meretur. Sed existente caritate, bonus actus est magis debitus secundum illud *Gregorii*: Dum crescent dona, rationes etiam crescant donorum.

[3.] Item: Quo opus est magis laboriosum, eo magis meritorium; sed caritas facit opus minus laboriosum, quia secundum *Augustinum* omnia saeva levia et prope nulla faciunt caritas; et ita facit minus meritorium.

(4.) Item: Meritum ascribitur etiam actibus fidei, patientiae, fortitudinis etc. in *Scripturis*, ergo non solum caritati.

Ad primum dicitur: Licet homo naturaliter ordinetur ad finem beatitudinis, non tamen ad consequendum per media tantum naturalia. Nec ideo deficit natura in necessariis, quando necessaria a dono supernaturali conferuntur; sicut dispositio embryonis humanae non est frustra nec deficiens, quamvis non attingat formam intellectivam in materia embryonis producendam. Nec ad illam terminum ordinatur, quod potest naturaliter consequi. Nam homo faciendo quod in se est naturaliter disponitur ad gratiam supernaturalem.

Ad secundum dicitur quod actus magis debitus non est minus meritorius, maxime quando cum maiori debito stat maior dignitas actus, ut in proposito. Etiam debitum non minuit rationem meriti, quia non minus est meritoria observatio praecceptorum per caritatem et obedienciam quam actus supererogationis; propter quod doctores dicunt actum cum voto factum esse magis meritorium quam si sine voto fiat.

Ad tertium de opere laborioso distinguuntur, quia quandoque opus est magis laboriosum ex ipso opere, quia arduum est aliquantulum excedens vires naturales. Alio modo dicitur laboriosum propter operantis defectum, propter quem magis laborat. Et ista laboriositas minuit meritum. Prima augeat. Et ad illa promoret caritas, quia facit aggredi ardua. De hoc II dist. 29 latius habebitur.

H 5/6 Arist., De anima III c. 9 t. 45 25, 14-30 n. 1 (MPL 76, 1106
(432b 21s). A).
7/8 Cf. Aug., De Trin. XIII c. 3-6 15/16 Cf. Aug., Serm. 70 c. 3 (MPL 38,
n. 6-9 (CChr 50A, 387-393; MPL 42, 1018-20); cf. Boeth., 444).
De consol. phil. III prosa 2 19 V. supra lin. 2ss.
(CChr 94, 38s; MPL 63, 723A/ 26 V. supra lin. 10ss.
724A. 726A). 32 V. supra lin. 14ss.
13 Greg. I., hom. 9 in Ev. (ad Mt 36 Cf. Biel II d. 29 D.

Breviter: Meritum non commensatur labori, sed perfectioni caritatis et intentioni actus.

Ad quartum dicitur quod meritum attribuitur actibus aliarum virtutum in quantum sunt formatae caritate, et non alias, ut supra per *Apostolum* 1Cor. 13.

QUAESTIO QUARTA

»*Utrum caritas possit augeri*«

[Articulus 1]

[Notabile 1]

Pro articulo primo quaestionis huius primum praesuppono pro intellectu termini, quod per 'augmentabile' Doctor intelligit idem quod 'intensibile'. Nam de augmentatione substantiali aut quantitativa molis nihil ad propositum, sed tantum de augmentatione virtutis et perfectionis.

Et quavis variae sunt opiniones de huiusmodi augmentatione, quomodo fiat, sequor tamen opinionem *eorum* qui tenent eam fieri per additionem gradus ad gradum in eadem parte subiecti penetrative simul existentium, eiusdem rationis, numero tamen differentium, per quam totum fit maius perfective vel intensive.

Et quavis in conclusione huius quaestionis, videlicet quod caritas augeatur, omnes concordant propter auctoritatem Scripturae, secus de modo augmentationis, de quo in sequentibus quaestionibus videndum erit. In hac vero quaestione Doctor principaliter investigat quantum ad logicam, quae propositiones veniant concedendae et quae negandae.

[Notabile 2]

Notandum igitur secundo quod 'aliquid recipere magis vel minus' dupliciter accipitur: Uno modo realiter; et sic est recipere in se inhaesive formam magis et minus intensam. Alio modo denominative secundum quandam similitudinem et praedicationem, quia de ipso magis et minus praedicatur.

4 4/12 Pro ... quavis *om.* XZ
4 praesuppono] suppono I.
13 propter ... Scripturae *om.* XZ
14/16 in sequentibus ... negandae] XZ:
intra quaestione sequenti IZ:
in quaestione sequentis distinctio-
tionis]. Sed hic videndum quan-
tum ad logicam, quae propo-
sitiones sunt [Z. sunt] conceden-
dae.
18 secundo *om.* XZ | quod *om.* Z |
aliquid] aliquid X

39 V. supra in. 17s.
40 Cf. 1Cor 13. 13.
A 1 Occ. I d. 17 q. 4 A.
12/16 Cf. Occ. ib. B.
14 Cf. Biel I d. 17 q. 5. 6.
18/21 Cf. Occ. ib. C.

[Conclusio 1]

Pro articulo secundo est conclusio prima: Capiendo 'magis' et 'minus' primo B modo, nulla forma suscipit magis et minus.

Patet: Forma accidentalis nihil recipit in se, quia accidentis non est acciciens; secus de forma substantiali, scilicet intellectu.

[Conclusio 2]

Secunda conclusio: Capiendo 'magis' et 'minus' proprie secundo modo, nulla forma suscipit magis et minus.

Patet, quia una caritas non est magis caritas quam alia.

[Conclusio 3]

Tertia conclusio: Improperie forma suscipit magis et minus, ut valet tantum: 10 Una forma est maior vel minor alia intensive, vel: Una forma est maior forma et una alia forma est minor forma. Et ita sub consimili intellectu.

Et ita praedicta concedenda est: 'Forma suscipit magis et minus', in sensu copulativo, non copulato, quia una et eadem forma non est maior et minor.

Alter in sensu signato potest etiam praefata propositio concedi, sic scilicet: 'De 15 illo termino forma praedicatur magis et minus copulative', quia illa est vera: 'Forma recipit magis et forma recipit minus' non de una, sed de diversis formis.

[Conclusio 4]

Quarta conclusio: »Haec est falsa de virtute sermonis: 'Forma augmentatur'«

Patet, quia nulla forma est primo minor et postea maior, quia nec illud quod 20 praedicat augmentationem nec illud quod acquiritur per augmentationem, licet totum resultans ex praecedente et illo quod acquiritur sit maius quam forma quae praecessit. Sed hoc totum non fuit prius sicut nec illud quod acquiritur, nec etiam aliqua forma communis, quia nulla talis est nisi signum. Sed nullum praedicatum dicitur de communi, nisi conveniat illi pro aliquo singulari.

[Conclusio 5]

Quinta conclusio: Subiectum formae non augmentatur, quia licet homo primo sit minus carus et postea magis carus, tamen propter hoc homo non augmentatur, sed caritas, unde denominatur magis vel minus carus.

B 1 Pro ... est *om.* XZ
4 secus] sed quid X*Z
10/13 valet ... ita] X*Z: valet tan-
tum: Una forma est maior vel
minor alia intensive. Et ita [est
... Et delet XI; X: valet tantum:
Una forma est maior forma et
una alia forma est minor forma.
Et ita sub consimili intellectu
14 illa [est (1) ... intellectu in
marg.]
15 et eadem forma *om.* Z
Alter] Verum X*Z | potest]
posset Z; add. X*Z: concedi |
etiam ... scilicet *om.* Z; add. X
in marg.
19 augmentatur] augetur Z
20 sed ... carus *om.* Z; add. X in
marg.

B 1/3 Cf. Occ. ib. C (Prima propos.).
6/8 Cf. Occ. ib.
10/17 Cf. Occ. ib.
13 V. supra in. 2. 6s.
15/16 V. supra A 21.
19/25 Cf. Occ. ib. D/E (Secunda pro-
pos.).
27/29 Cf. Occ. ib. E.

30 [Conclusio 6]

Sexta conclusio: Secundum communem modum loquendi forma augmentatur. Probat: Quia aliquid augmentatur secundum omnes; et non subiectum; ergo forma.

Habet autem communis motus loquendi hunc intellectum: Forma augmentatur, id est aliqua forma in aliquo subiecto primo est minor et postea in eodem subiecto est forma aliqua alia eiusdem rationis maior sine interruptione vel etiam extra subiectum secundum potentiam divinam. Dicitur «sine interruptione», quia si fieret interruptio, non esset unus motus, sed plures. Et sub illo intellectu sequentes quaestiones tractabuntur, quibus investigabitur, quomodo fiat augmentatio.

Ex illo sequitur quod, licet forma augmentetur, non tamen movetur, licet subiectum eius moveatur; quia 'motus' dicitur successione, augmentatio autem formae (de qua hic fit sermo, quae est caritas) fit in instanti.

Item: 'Moveri' capitur pro esse subiectivo motus. Nec 'augmentari' (ut nunc de augmentatione loquimur) est inferius ad 'moveri', neque huiusmodi augmentatio est species motus, licet non sit sine motu naturaliter; quia, quando forma augmentatur, subiectum formae movetur, large accipiendo 'moveri' ut ex se extendit ad mutationem. Posset tamen Deus aliquam formam a subiecto separatam augmentare; hoc enim nullam includit contradictionem. Et sic augmentatio esset sine motu, quia ibi nihil moveretur nec mutaretur.

50 [Conclusio 7]

Septima conclusio: Haec simpliciter et de rigore sermonis est vera: 'Forma habet latitudinem', quia valet illam: Forma habet in se partes realiter distinctas.

Utrum autem augmentatio sit alteratio? Potest concedi quod augmentatio est alteratio non formae quae augmentatur, sed subiecti.

Haec est sententia Doctoris in Scripto suo quaestione praesenti.

32	aliquid] aliquod Z	46/47	ex se extendit] extendit se Z
36	aliqua alia om. Z; add. X in marg.	47/49	Posset ... mutaretur om. Z; add. X in marg.
37/38	quia ... plures om. Z; add. X in marg.	48	hoc enim] cum hoc X
41/43	quia ... motus om. Z; add. X in marg.	49	mutaretur] add. X: Verum diligenter considerandum, de qua augmentatione Doctor hic loquitur; de quo in principio quaestionis patuit.
43/44	ut ... loquimur om. Z; add. X in marg.	54	alteratio] add. X*Z: sed (delet X)
44	huiusmodi om. Z; add. X in marg.; huiusmodi	54	] augmentatur] augetur Z
46	accipiendo moveri om. Z	55	Haec ... praesenti om. XZ

34/39 Cf. Occ. ib.
36/39 V. Biel I d. 17 q. 5. 6.

43/49 Cf. Occ. ib. I.
51/52 Occ. ib. F (Tertia propos.).

[Notabile 1]

Verum pro clariori dictorum et dicendorum intellectu notandum primo quod C duplex est augmentatio (ut notat Doctor infra q. 8 huius distinctionis), scilicet intensiva et extensiva.

Augmentatio extensiva est, per quam illud quod augetur, occupat maiorem locum post quam ante.

Et haec duplex: Quaedam fit per additionem partis ad partem facientis per se unum cum illa, distincta ab ea loco et situ; ut cum aqua additur aquae vel alicuius superficiem pars una prius dealbatur quam alia.

Alia augmentatio extensiva fit in eodem subiecto praecise; ut in rarefactione, qua aliquid secundum se totum fit maius extensivae. In tali augmentatione (si tenetur quod quantitas est accidens distinctum a re quantae) prior quantitas tota corrumpitur et nova maior introducit, et non manet una quantitas cum alia. Si vero tenetur quod quantitas non est accidens inherens rei quantae, sed est resmet quantae, non fit ibi additio novae quantitatis, sed ipsa res rarefacta per elongationem partium suarum occupat maiorem locum post quam ante per solum motum localem earundem sine adgeneratione alicuius rei novae.

Augmentatio intensiva est additio partis ad partem facientis cum illa unum, indistincta ab ea loco et situ, absque eo quod per se sequatur maior quantitas.

Quidam vero ponunt augmentationem triplicem, ut refert Petrus de Allicio q. 9, scilicet pure intensivam, quae est in formis spiritalibus, non corporalibus, ut est caritas; pure extensivam, sicut rarefactio vel augmentatio corporum solidorum; intensivam et extensivam, ut augmentatio formarum corporalium, caliditatis scilicet et frigiditatis.

[Notabile 2]

Notandum secundo quod augmentatio, quae est solum extensiva, potest sub- D dividi in discretam sive numerosam et in continuam.

Exemplum primi potest poni: cum grex ovium numeraliter augetur. Exemplum secundi in rarefactione aeris vel alterius, ut patuit.

C 1	Verum ... intellecta om. XZ	11	quantae] add. X: tunc; add. Z: tamen prae (sic habet Z spatium) et
1/18	notandum ... quantitas] haec habent XZ infra in q. 8 post verbum augmentari (ib. A 2) et ante verba conclusio prima (ib. A 15)	13	non ... sed om. XZ
2	ut ... distinctionis om. XZ	16	sine adgeneratione] sive ad generationem L rei om. Z
8	pars ... alia] add. X in marg.; X-Z: primo dealbatur [Z: dealbatum] una pars, postea alia	18	indistincta] indistincte TBL
		19/23	ead eo TBL
		20	Quidam ... frigiditatis om. XZ
		21/35	om. XZ

C 2/18 Cf. Occ. I d. 17 q. 8 E.
19/23 Cf. Alliac. I q. 9 a. 3 p. 1 dist. 3 (T).
D 1/4 Cf. Alliac. ib. dist. 4 (T).
V. supra C 9ss.

5 [Notabile 3]

Notandum tertio quod augmentatio intensiva multipliciter solet imaginari: »Uno modo«, ut supra immediate patuit, »per accumulationem graduum eiusdem rationis constituentium unam formam, quae fit magis intensa quam aliqua pars eius.

10 Alio modo imaginatur *aliqui* fieri augmentationem intensivam solum per recessum a non-gradu. Et istud a diversis varie assignatur. Nam *quidam* dicunt quod intensio fit per depurationem alicuius formae a suo contrario. *Alii* quod fit per maiorem radicationem in suo subiecto; ita quod secundum *istos* contingit eandem formam penitus invariata secundum suam essentiam aliquod subiectum minus intense denominare et postea magis, et similiter contra. Sed ista opinio non est vera, ut habet declarari in philosophia etc. »

[Notabile 4]

Quarto notandum »quod augmentatio tam intensiva quam extensiva dupliciter potest imaginari fieri:

20 Uno modo subito in instanti, sicut si sol aut aliud luminosum crearetur in instanti in medio diaphano et postea aliquod aliud crearetur in eodem medio in instanti. Patet, quia fieret ibi augmentatio luminis tam extensiva quam intensiva in illo secundo instanti.

Alio modo potest imaginari talis augmentatio fieri non in instanti, sed successive continue tam secundum extensionem quam secundum intensionem, ita quod data aliqua forma (ut caliditate) verum est dicere, quod ante quamlibet partem istius caliditatis prius fuit eius medietas secundum intensionem et extensionem quam illa tota pars. Et sic fit successive continue. »

»Unde pro declaratione istorum est hic videndum, quid est aliquod fieri in instanti. »

Respondet dominus *Cambracensis* l. q. 9. »Aliquid dicitur fieri in instanti, quando nulla eius pars praefuit antequam illud esset.

Ex quo sequitur quod non stat aliquod indivisibile fieri et illud non fieri in instanti. Patet, quia nihil eius ante ipsum praefuit, cum ipsum careat partibus 35 etc. »

[Notabile 5]

5 Quinto notandum »quod augmentatio continua potest dupliciter fieri. Uno modo potest fieri continue successive, alio modo continue permanenter. Et hoc dupliciter, quia duplex est continuum, scilicet continuum successivum et continuum permanentis. »

31 quando] quia L E 1/27 om. XZ

7/16 Alliac. ib. dist. 5 (T). 29/35 Alliac. ib.
7 V. supra C 17 s. E 1/8 Alliac. ib. dist. 7 (T).
18/23 Alliac. ib. dist. 6 (T).

Dicitur autem »aliquod continue successive augeri, quando in quolibet instanti posteriori est magis intensum vel magis extensum quam in aliquo priori, ita quod non est dare aliquod tempus in augmentatione sic continua, in quo toto illud sit aequaliter intensum vel extensum in qualibet parte. »

[Notabile 6]

6 Sexto notandum »quod latitudo sicut hic sumitur (cum loquimur de latitudine formarum) est pluralitas distinctarum partium constituentium per se unum extensum vel intensum. »

Et est duplex, scilicet intensiva et extensiva.

»Latitudo extensiva est pluralitas partium distinctarum constituentium per se unum quantum continuum. Unde non capitur hic 'latitudo' prout apud mathematicos distinguitur contra longitudinem. »

»Latitudo intensiva sive gradualis est pluralitas distinctarum partium sibiinvicem coexistentium et constituentium per se unum quantum intensum. » Sed 'gradus' ut hic sumitur dicitur pars alicuius latitudinis intensivae sive pars alicuius formae alteri parti eiusdem coexistens et secum constituens per se unum quantum intensum. »

[Notabile 7]

7 Septimo notandum post praedicta in concl. 4 et 6 quaestiones huius, »quod aliquam formam augmentari potest intelligi dupliciter: Uno modo de virtute sermonis; alio modo secundum intensionem loquentium, ut patuit in concl. 6.

Haec ex aliorum dictis referre placuit pro clariori dictorum intellectu, ex *Petro* scilicet *Cambracensi* et *Gregorio*.

[Propositio 1]

Prima propositio est domini *Cambracensis*, et est haec: »Aliquod subiectum F potest dici magis et minus tale sine alicuius qualitatis aut alterius rei sibi inexistentis acquisitione vel deperditione.

Patet, quia sit aliquod subiectum, puta A, calidum ut 8 et B calidum ut 4. »Augetur ergo caliditas ipsius B usque ad 8. Tunc B fit magis simile A quam prius, et e contra. » Sed »quod est magis simile, est magis tales.

Sic poni posset exemplum de iusto, qui dicitur quandoque similis Deo. Et si iustus creseit in gratia, dicitur plus similis Deo, et Deus plus similis illi. Et tamen in Deo nullus fit acquisitio.

[Propositio 2]

Secunda propositio: Aliquod subiectum dicitur tale vel aliqual per qualitatem accidentalem ab eo realiter differentem.

F 1/36 om. XZ quomodoque L
7 quandoque] quomodoque B;

10/21 Alliac. ib. propos. 7 (X). 25 V. supra B 31 ss.
23 V. supra B 19. 31. F 1/9 Cf. Alliac. ib. propos. 1 (U).
23/25 Alliac. ib. propos. 8 (Y). 11/14 Cf. Alliac. ib. propos. 2 (U).

Pateť, quia albedo panis in sacramento manet sine subiecto, quod olim denominabat album, cum informaret panem.

15 [Propositio 3]

Tertia propositio: »Aliquod subiectum potest esse magis et minus tale per aliquam qualitatem accidentalem.«

Pateť: Aqua dicitur magis vel minus calida per caliditatem eam informantem.

[Propositio 4]

Quarta propositio: »Aliquod subiectum non potest esse magis et minus tale per aliquam qualitatem accidentalem«, ipsa qualitate formaliter et simpliciter non variata intrinsece«.

Pateť de qualitate in subiecto existente, quae si intenditur dicitur aqua calidior. Intensio autem fit plurimum graduum accumulatione.

25 [Propositio 5]

Quinta propositio: Nulla forma potest suum subiectum denominare et »facere magis vel minus tale nisi per intensionem et remissionem ipsius formae in se et »sine nova alienius alterius partis acquisitione vel deperitione«, alias enim non posset salvari, qualiter ipsa forma esset de novo intensior vel remissior.

Ex qua propositione sequitur primo »quod in cuiuslibet formae intensione aliquod novi acquisitioni realiter distinctum a priori forma«. Secundo quod illud acquisitionem est eiusdem speciei specialissimae cum forma priori. Tercio quod illud acquisitionem manet cum priori et facit unum cum eo.

Haec procedunt secundum eam opinionem de formarum intensione, quam hic amplectimur et quam tenet *Doctor*, impugnatis aliis opinionibus in quaestione quinta et sequenti.

[Propositio 6]

Sexta propositio: »Aliqua forma accidentalis habet latitudinem divisibilem non solum secundum realem extensionem, sed etiam secundum gradalem intensionem.

Pateť ex dictis et notatis, »quia illa propositio: 'Forma habet latitudinem' valet illam de virtute sermonis: 'Forma habet in se plures partes realiter distinctas facientes per se unum extensum vel intensum' etc.«

32	priori] priorē T	G 1/35	om. XZ
33	priori] priorē TBL	5	etc. om. BL
16/13	Cf. Alliac. ib. propos. 3 (U).	35/36	Cf. Occ. I d. 17 q. 5 C. F. q. 6
20/24	Cf. Alliac. ib. propos. 4 (U).		C. F. I.
26/33	Cf. Alliac. ib. propos. 5. 6 (U).	G 1/5	Alliac. ib. propos. 7 (X).
34/35	V. supra A 9ss. Cf. Occ. I d. 17	3	V. supra B 51ss.
	q. 5 E; q. 6 K.		

[Propositio 7]

Septima propositio: Caritas augetur et potest augeri.

Pateť, quia aliqua caritas prius est minor, et postea est aliqua caritas maior, cuius pars est caritas prior.

Quod autem caritas possit augeri, probatur ex auctoritate *Apostoli* Phil. 1: 10 »Oro, ut caritas vestra sic magis abundet, id est »crescat« secundum *Glossam*. »Non orasset autem Apostolus pro caritatis incremento, si non esset possibile eam augeri. Item 2Thess. 1: Gratias ago, »quoniam supercrescit fides vestra et abundat caritas«. Item *Eccliesia* orat dicens: »Omnipotens sempiterna Deus, da nobis fidei, spei et caritatis augmentum. Item *Augustinus* dicit in *Enchiridion* capitulo paenultimo: »Minuitur cupiditas, caritate crescente.«

[Propositio 8]

Octava propositio: »Caritas non solum subito et instantanee, sed etiam in tempore continue potest augeri.

Pateť, quia omnem formam habentem latitudinem intensivam potest Deus et simul et successive causare; sed caritas est huiusmodi; igitur etc.

Maiores patet. Et minor sequitur ex dictis. Quia, cum caritas possit augeri, et non secundum extensionem ut patet, sequitur quod secundum intensionem, et per consequens etc.

Quid autem sit de facto, in proposito dubium est. Nam etsi nos mereamur in tempore, adhuc Deus in instanti potest instantum augere caritatem in nobis, quantum in tempore mereamur illam augeri. Et hoc tam in primo instanti actus meritorii (cum ipso praesens, quantum est duraturus et quantum augmentum caritatis sibi correspondet) quam etiam in aliquo alio instanti ipsius actus, sicut placet sibi. Si vero nos mereamur in instanti, adhuc ipse in tempore et successive potest augere caritatem proportionabiliter ad meritum nostrum. Et sic ista conclusio est facienda de quo non constat.«

Haec omnia latius habentur in *Cambracensi*, post quem hic recitare placuit quae dicta sunt.

Si vero caritas possit augeri in infinitum, patebit ex q. 8.

[Propositio 9]

Nona propositio: Caritas augmentabilis est in viatore per actus ex gratia proce-

22	possit] posset BL	H 1/30	om. XZ
29	correspondet] respondeat T		
7/16	Alliac. I q. 9 a. 3 p. 2 concl. 1 (AA); cf. Greg. Arim. I d. 17 q. 5 a. 1 ad oppos. et a. 1 concl. 1 (fol. 111 M).	14/15	Dom. XIII post Pent., Oratio; cit. apud Greg. Arim. et Alliac. ib.
11	Phil. 1, 9; cf. Glossa Lombardi (MPL 192, 255 C); cit. apud Greg. Arim. et Alliac. ib.	16	Aug., Enchir. c. 121 n. 32 (CChr 46, 114, 23; MPL 40, 288); cit. apud Greg. Arim. et Alliac. ib.
13/14	2Thess. 1, 3; cit. apud Greg. Arim. et Alliac. ib.	18/32	Alliac. ib. concl. 2 (AA).
		35	Cf. Biel I d. 17 q. 8 a. 1 concl. 1-6 A/B.

Haec conclusio post dicta priora satis diffusa hic breviter probatur quoad primam partem ratione tali: Omnis forma habens in se latitudinem augmentatur; caritas habet in se latitudinem; ergo augmentatur. Tenet consequentia in Darii.

Maiores probatur: Omnis forma, quae potest per se facere unum cum alia forma eiusdem rationis, sese penetrantes in eodem subiecto, sine extensione subiecti augmentatur; sed forma habens in se latitudinem est huiusmodi; ergo talis forma augmentatur.

Minor probatur: Quia caritas habet plures partes intentionales eiusdem rationis realiter distinctas, quae non extendunt subiectum; ergo habet in se latitudinem. Tenet consequentia ex quid nominis habere latitudinem.

Ultra: Caritas habet latitudinem; ergo augmentatur. Tenet consequentia ab eodem ad idem sive a convertibili ad convertibile.

Præterea: »Omnis forma susceptibilis magis et minus augmentatur; sed caritas est huiusmodi; igitur.

Maiores nota.

Minor probatur: Quia in aliquo subiecto nunc est forma minor, et postea in eodem subiecto sine interruptione est maior. Hoc enim est suscipere magis et minus in proposito sive formam augmentari, ut patuit quaestione praesenti, licet per potentiam naturalem huiusmodi inexistens caritatis non sit evidenter nota, sed fide credita. Nec possunt huiusmodi gradus se penetrantes per potentiam naturalem intuitive videri.

Secunda pars probatur: Quia ex divina ordinatione quicumque existens in gratia secundum gratiae inclinationem meritorio operatur, meretur gratiae prioris augmentum. Creat enim Deus novum gradum caritatis, quem intendendo prioribus adiungit. Unde *Augustinus*: Caritas meretur augeri, ut aucta mereatur et perficiat. Respectu autem huiusmodi augmenti solus Deus est causa efficiens. Anima autem meritorie saltem concurret.

[Articulus 3]

[Dubium 1]

I Circa hanc conclusionem nonam dubitatur multipliciter pro articulo tertio. Et primo contra primam partem: Caritas non est augmentabilis; ergo.

(1.) Antecedens probatur: Quia nec praexistens augmentationi nec permanens post augmentationem; ergo nulla. Tenet consequentia a sufficienti divisione.

28 adunat] adiuvat TB I 1/53 om. XZ

H 5/6 Cf. Petr. Hsp., Summulae Logicales tract. 4 (4.07, tertius modus). 25 19/21 Cf. supra B 10ss. 34ss. 28 V. supra lin. 1s. Aug., Epist. 186 c. 3 n. 10 (MPL 11/13 Cf. supra B 51ss; G 3ss. 33, 819). 16/17 Cf. Occ. I d. 17 q. 4 A (In opp.). I 1 V. supra H 1s.

Non praexistens, quia aut manet eadem aut non. Si primum, non augeatur, quia manet id ipsum quod fuit ante augmentationem. Si non manet, iterum non augeatur, quia quod augeatur, posterius est maius; quod autem non manet, nec est maius nec minus.

Quod etiam non illa, quae manet post augmentationem: Quia aut fuit prius aut non; si fuit prius et sic non alia quam prius, sicut prius non fuit aucta, ita nec post; si non, tunc est de novo acquisita; ergo non aucta, quia quod augeatur, fuit prius minus.

[2.] Item: Sicut alterabile ad alterationem, ita augmentabile ad augmentationem; sed in alteratione subiectum alteratur, non forma; ergo in augmentatione forma non augeatur, sed subiectum, et per consequens non caritas, quae est forma quaedam inherens.

[3.] Item: Caritas in augmentatione non movetur; ergo non augeatur. Tenet consequentia a superiori negato ad inferius, quia 'moveri' est genus ad augmentari sicut 'motus' ad augmentationem.

Antecedens probatur: Quia quod movetur, recipit in se motum; caritas autem non recipit in se aliquid; ergo.

[4.] Item: Nulla caritas est magis caritas quam alia, cum omnes sint eiusdem speciei; ergo nulla est intensibilis. Ultra: ergo nulla augmentabilis.

Ultima consequentia tenet, quia augmentatio caritatis est eius intensio.

Prima consequentia probatur: Quia datis duobus albedinibus, quarum una est intensior alba, una est magis alba quam alia, quia per unam subiectum eius est magis album quam subiectum alterius. Ergo ipsa qualitas erit magis alba, quia nihil dat quod non habet. Non ergo potest forma dare denominationem, quam ipsa non habet.

Respondetur ad illa:

Ad primum dicitur quod caritas praexistens augeatur, et ipsa manet eadem et id ipsum quantum ad essentiam, variatur tamen accidentaliter, quia posterius est pars maioris caritatis, quae prius non erat pars alterius. Nec propter mutationem accidentalem res in se mutatur, nec materia in se mutatur, si additur alii materiae.

Ad secundum negatur maior. Cuius ratio non est aliud quam quid nominis alterabilis et augmentabilis. Est enim alterabile res potens in se suscipere formam, quam prius non habuit, vel perdere, quam habuit, et est subiectum; secus de augmentabili, cuius quid nominis positum est supra in not. 1.

Ad tertium negatur antecedens, quod caritas non movetur, capiendum 'motum' et 'moveri' large, ut in III Physicorum, secundum quod assignantur ei illae species: generatio, augmentatio, corruptio, diminutio, alteratio et motus localis.

19 augmentationem] augmentatio TB

17/21 Cf. Occ. ib. A (Secundo). I 38 V. supra A 5ss. 8ss. 31 V. supra lin. 3ss. 39 V. supra lin. 17. 40/41 Cf. Arist., Phys. III c. 1 t. 6 (201a 11-15).

Ad probationem negetur quod omne »quod movetur recipit etc. Sed »moveri»
sic est mutari de esse in non esse vel econtra aut de aliquo aliter esse ad aliter esse.
Et hoc ultimum conventi caritati, quia per augmentum erit pars caritatis totius

constitutae ex praesentia et superaddita, cuius prius non fuit pars.

Ad quartum conceditur antecedens et negatur consequentia. Ad probationem
negatur quod una albedo est magis alba; immo proprie loquendo albedo non est
alba, sed unum album est magis album alio albo.

Et cum additur »Nihil dat quod non habet, verum est quod non habet dare.
Non tamen oportet quod denominatio conveniens alicui ratione formae conveniat
etiam formae. Nam compositum est homo propter animam rationalem, et tamen
anima non est homo. Et anima est sciens propter scientiam, et tamen scientia non
est sciens. Et sic de aliis innumeris.

[Dubium 2]

Contra secundam partem conclusionis dubitatur secundo: Si caritas augmentatur
per actus procedentes ex gratia, aut per quoslibet aut per aliquos et aliquos non;
nullum illorum potest dici; ergo.

Non secundum, quia non est ratio diversitatis, cum actus sint eiusdem speciei,
saltem eiusdem virtutis, et ideo habent eandem effectus.

Item: Per quemlibet augeatur meritum et praemium; ergo et gratia sive caritas,
quia quantitas meriti et praemii sequitur quantitatem caritatis et gratiae.

Nec potest dici primum, quia stat quod actus sequens sit remissor primo; et ita
non correspondet sibi gratia maior, sed minor. Et ita non augmentat, sed magis
minuit.

Solutio: Probabiliter dicitur quod quolibet actu ex gratia procedente augeatur
gratia seu caritas praesentis sicut et praemium. Ad probationem dicitur quod
per tale actum remissum produciatur caritas minor praesentis. Tamen addita
praesentis reddit totum maius. Et sic praesentis augeatur ad intellectum supra
expositum.

[Dubium 3]

Dubitatur tertio, an, sicut conceditur »Caritas potest augeri», ita concedendum
sit quod caritas potest minui.

(Notabile)

Pro intellectu illius dubii notandum quod caritas potest multipliciter considerari,
scilicet secundum se, in ordine ad subiectum, in ordine ad causam efficientem et
quarto in ordine ad causam meritoriam. Secundum haec ponuntur quattuor pro-
positiones.

53 innumeris om. BL L 1/45 om. XZ
K 1/15 om. XZ

42 V. supra lin. 20. 49 V. supra lin. 28.
46 V. supra lin. 22 s. K 1 V. supra H 1 s.
46/47 V. supra lin. 25 ss. 14/15 V. supra I 31 ss.

[Propositio 1]

Prima: Caritas in se considerata est diminutibilis.

Probatur: Omne divisibile est diminutibile; caritas est divisibilis; ergo etc. 10
Consequentia nota cum minore ex articulo praecedenti, cum sit composita ex
gradibus. Maior patet, quia divisibile pro una parte potest manere et pro alia
desinere; et ita diminuitur.

[Propositio 2]

Secunda propositio: Caritas considerata secundum esse in subiecto est divisibilis. 15
Patet, quia entitas in se diminutibilis, ubicumque ponitur, est divisibilis.

Item: Quia caritas praesentis in subiecto potest acquirere gradum caritatis
adventientem, dum augeatur, poterit etiam eundem quantum est de se perdere in
eodem subiecto; et ita minuitur.

[Propositio 3]

Tertia propositio: Caritas per nullum agens creatum potest minui.

Probatur: Quia cuius diminutio est annihilatio, non potest diminui effective per
agens creatum; sed diminutio caritatis est annihilatio gradus deperditi, cum non
manet in potentia subiecti nec secundum se nec alium eiusdem rationis; ergo non
potest effici a causa creata. Consequentia tenet, et minor declarata est. Maior patet, 25
quia agens creatum sicut non potest creare, ita nec annihilare.

[Propositio 4]

Quarta propositio: Caritas non potest minui per peccatum demeritorium.

Patet, quia nec per peccatum mortale, quia hoc simpliciter tollit caritatem, cum
sibi repugnet; nec per veniale, tum quia pro minori malo non tollit Deus maius 30
bonum – sed caritas est maius bonum quam veniale sit malum –, tum quia veniale
stat cum caritate, tum quia si veniale minueret caritatem, cum non sit infinita,
per replicationem venialium posset tolli tota caritas; consequens est falsum, quia
tunc talis nec esset in statu salutis nec damnationis. Et patet consequentia, quia
tollat ipsum veniale centesimam partem gratiae; si tunc caritas repetetur, aufer- 35
ret totam.

(Responsio)

Ex his sequitur responsio ad dubium motum per aliquot conclusiones.

[Conclusio 1]

Prima: Quamvis per potentiam absolutam Dei caritas potest diminui, hoc tamen 40
numquam fiet secundum leges ordinatas Domini.

Prima pars patet ex propos. 1 et 2.

25 a om. BL 35 tollat] tollit BL

L 9/10 Cf. Greg. Arim. I d. 17 q. 5 a. 2 115 H/I; Alliac. ib. probatio
dub. 2 concl. 1 (fol. 115 G); Al- concl. 3 (II).
liac. I q. 9 a. 3 p. 3 probatio 40/41 Cf. Greg. Arim. ib. concl. 1. 4
concl. 1 (II). (fol. 115 G/H); Alliac. ib. concl.
11 Cf. supra H. 1. 3; coroll. 1 (HEL II. LIJ).
28/38 Cf. Greg. Arim. ib. concl. 4 (fol. 42 V. supra lin. 9. 15 s.

Secunda pars probatur: Quia Deus non aufert dona sua a rationali creatura sine demerito eius. Vel ergo demeretur per peccatum mortale, et tunc non diminuitur, sed omnino tollitur caritas; vel per peccatum veniale, et hoc improbatum est.

[Conclusio 2]

M Conclusio secunda: Licet caritas quantum ad suam substantiam non diminuitur, tamen fervor eius per peccatum veniale commissionis et omissionis remittitur.

Probatur pro secunda parte quantum ad peccata commissionis: Quia actus oppositi generantes habitus oppositos impediunt conatum potentiae, quod non ita ferventer exeat in actus oppositos; sed actus peccati venialis, licet stent cum caritate, inclinam tamen ad oppositum aliquo modo actuum caritatis, cum ab illo deficiunt; ergo.

Pateat minor, quia per frequentiam actuum venialium generatur habitus peccati venialis inclinans potentiam ad similes actus; et ita remittit fervorem sive conatum ad actus caritatis, qui aliquo modo repugnant actibus venialibus.

Quantum ad peccata venialia omissionis patet, quia per negligentiam actuum caritatis ita remittitur fervor, sicut per frequentiam augetur. Et licet diversi diversimode notificent fervorem caritatis, potest tamen faciliter dici quod fervor caritatis est promptitudo seu conatus voluntatis ad actum caritatis elicendum, qui est praecise per habitum caritatis acquisitum ex actibus frequentatis. Hoc est: 'fervor caritatis' supponitur pro actu caritatis seu voluntatis, connotando voluntatis promptitudinem et facilitatem ex inclinatione habitus caritatis acquisitae provenientem. Huiusmodi fervorem veniale minuit. Dum enim veniale committitur, generatur in homine habitus oppositi actui caritatis, per quos voluntatis conatus seu promptitudo tollitur seu remittitur. Ex peccato vero omissionis actus boni negliguntur. Ex consequenti non gignuntur habitus prompificantes potentiam, quibus non genitis, potentia non facilitatur ad opus.

Item, ut videtur solet in tertio et patet ibi infra dist. 23 q. 2: Habitus infusus sine acquisito non inclinatur, ut est *multorum* opinio. Cum ergo tales acquisiti habitus non gignantur, potentia non actuatur ad opus per solum habitum infusum etc. Gignantur autem frequentia bonorum actuum, et eorum omissione vel oppositorum actuum commissione remittuntur seu tolluntur.

Sed diceres: Sicut duo habentes aequalem caritatem, quorum unus habeat peccatum veniale, alter non. Iste qui venialiter peccavit, non est ita carus Deo sicut qui non peccavit, cum ipse puniatur. Nec statim evolat, si moritur, sicut alter non habens peccatum veniale. Ergo peccatum veniale minuit caritatem.

Praeterea: Si peccatum veniale minuit fervorem, et cum fervor non sit infinitus, posset tantum aliquis multiplicare venialia, quod fervor omnino tolleretur; et sic isse haberet caritatem sine fervore.

M 1/57 om. XZ

45 V. supra lin. 30ss. coroll. 3 (LL).
M 1/10 Cf. Greg. Arim. ib. (fol. 115 M/ 23/24 Cf. Biel III d. 23 q. 2 G/H.
N); Alliac. ib. coroll. 2 (LL). 28/31 Cf. Greg. Arim. ib. Tertio (fol.
11/22 Cf. Greg. Arim. ib.; Alliac. ib. 115 Q); Alliac. ib. arg. 2 (MM).

Ad primum dicitur quod illi duo in casu sunt aequi cari Deo, quia aequi accepti ad vitam aeternam et ad aequale praemium vitae aeternae. Nec obstat puncto unus in purgatorio, quia illa non est ex odio punientis vel non-acceptatione puniti, quia nuncupatum pater filium, quem magis diligit et ad maiorem hereditatem acceptat, magis punit. Et si habens magnam caritatem peccasset venialiter et habens modicam non, primus esset magis acceptus, quia ad maius praemium, licet esset puniendus, et non secundus.

Ad secundum dicitur quod intelligendo per fervorem caritatis promptitudinem sive conatum ad actum caritatis elicendum, qui est praecise per habitum acquisitum, conceditur quod posset totus fervor tolli per continuationem peccatorum venialium et omissionem actuum secundum caritatem elicendorum. Nihilominus maneret caritas integra, per quam adhuc posset in actus meritorios quantum est de se praecise. Ad hoc enim sola caritas (ut *aliqui* volunt) cum libero arbitrio sufficit, licet non ita faciliter, prompte et expedite sicut cum frequentia habituum acquisitorum, tenendo quod habitus infusus sine acquisito inclinaret potentiam; de quo infra dist. 23 q. 2 in tertio. Tenendo autem oppositum, scilicet quod habitus infusus non inclinaret sine acquisito, secus dicendum. Sic enim manente caritate non potest in actum ex defectu habituum acquirendorum.

Et si quis argueret de activitate caritatis, potest distinguere de nomine 'activitas', an connotet actualem tendentiam vel potentialem solum etc., sicut dici solet de inclinatione habitus, de quo latius vide III dist. 23 q. 1 dub. 3. Et secundum hoc formetur responsio.

Valent ad hoc dubium dicta *Cambracensis* q. 9 art. 3 et *Gregorii* q. 5 art. 2.

QUESTIO QUINTA

»Supposito quod caritas augmentari possit: »Utrum caritas praecitens A maneat in fine augmentationis«

Reclantur et impugnantur a Doctore opiniones *Gotfredi* Quodlibeto VII q. 7 et *Scoti* q. 3 distinctionis huius.

53/54 activitas] activitatis L
A 1 Supposito ... possit om. XZ | 3/5 Reclantur ... est om. XZ
Utrum] add. XZ: in augmenta-

35 V. supra lin. 28ss.
35/41 Cf. Greg. Arim. ib. ad 3 (fol. 116 L/M); Alliac. ib. ad 3 (Q/Q).
42 V. supra lin. 32ss.
42/43 V. supra lin. 13ss.
49/50 Cf. Biel III d. 23 q. 2 G/H.
54/55 Cf. Biel III d. 23 q. 1 BB.
57 Cf. Greg. Arim. I d. 17 q. 5 a. 2 dub. 2 (fol. 115 G - 117 A); Alliac. I q. 9 a. 3 p. 3 (HH-Q/Q).
A 1/2 Occ. I d. 17 q. 5 A.
3/4 Cf. Occ. ib. B/C; cf. Godefr. de Font., Quodlib. II q. 10 corp. (ed. 243).

5 Quibus dimissis est conclusio responsalis: In augmentatione qualitatis qualitas praecedens non corrumpitur, sed manet.

Probat: Quia, si in augmentatione caritas praecedens corrumpitur et nova sequeretur, sequeretur multa inconvenientia:

Primum, quod infinitae formae, quarum nulla esset pars alterius, in fine augmentationis «essent actualiter pertransitae», quia quolibet instanti esset nova forma accidentalis; sunt autem infinita instantia.

Secundum, quod rei permanentis daretur ultimum instans esse naturaliter, quia in quolibet instanti augmentationis esset nova qualitas, cum nulla maneret cum alia; ergo quaelibet qualitas praeter ultimam genita fuit tantum per instans, et per consequens illud instans esset primum et ultimum esse illius qualitatis.

Tertium, quod Deus posset facere infinita in actu simul, quod opinantes negant. Probat: Quia omnem rem productam a causa naturali Deus potest conservare, durante actione creaturae; sed formae in augmentatione productae sunt infinitae. Nec habet haec instantia locum in partibus continui, quia illae partes non sunt secundum se totas distinctae.

Quartum inconveniens: Quia tunc unum contrarium esset per se causa contrarii. Puta in remissione caloris frigiditas remittens esset per se causa caloris, quia pro quolibet instanti remissionis generatur novus calor minor a causa remittente quae est frigiditas, quia a nulla alia causa, nisi diceretur a causa universali, quod nihil est, quia universalis agit secundum exigentiam causae particularis, nec caelum cum frigiditate producit calorem.

Quintum, quod qualitas in fine augmentationis non esset perfectior aliqua praecedentium, cum nulla forma sit perfectior alia eiusdem rationis nisi propter maiorem pluralitatem partium eiusdem quantitatis; sed in augmentatione quaelibet formatum est simplex nullas habens partes intensionales, quia si haberet plures partes, illae successive producerentur, et ita praecedens pars maneret cum sequente.

Sextum, quod idem esset causa corruptionis et generationis qualitatum eiusdem rationis. Nam generans posteriorem corrumpet priorem; quae tamen sunt eiusdem rationis.

Item quaeritur: In augmentatione caritatis cum solum mortale peccatum repugnat caritati, ut quaestione praecedenti patuit, quid corrumpat caritatem priorem?

5	qualitatis om. Z	
9	nulla] nullum Z	
12	Secundum] Secundo XT	
13	nulla] una Z	
18	productae om. Z	34/35 Nam ... rationis om. Z (homoiotel.)
21	causa] add. XZ: sui	37 ut ... patuit om. Z
27/28	aliqua ... perfectior om. X (homoio-)	

5/20 Cf. Occ. ib. E.
21/26 Cf. Occ. ib. et D (Confirmatio).
27/32 Cf. Occ. ib. C. 33/35 Cf. Occ. ib. A (Primo).
36/37 Cf. Occ. ib. A (In opp.).
37 V. Biel I d. 17 q. 4 l. 44s.

Item: Augmentetur caritas per decem actus meritorios. Stat decimum actum esse minus perfectum aliquo priore. Tunc caritas in fine manens esset imperfectior praecedente; et ita non augmentaretur, sed diminueretur; nam quilibet actus productus habebit secundum mensuram suae perfectionis, id est perfectior perfectionem etc.

Si dicis: Termini motus sunt impossibiles; sed termini augmentationis sunt B qualitas minor et qualitas maior; ergo sunt impossibiles.

Responsio: Termini per se motus sunt impossibiles. Sed hi sunt non esse et esse eiusdem formae. Qualitas vero praexistens nec est subiectum nec terminus, sed est aliquid praexistens uniendum cum termino a quo.

Corollarium: Non semper generatio unius est corruptio alterius, sed quando fit generatio cum abiectione contrarii vel repugnantis.

Secundo sequitur quod in eodem stant maior et minor caritas, hoc est intensior et remissior, quia pars et totum. Nec tamen ideo idem est magis et minus intensum, quia neque pars qualitatis neque tota neque subiectum dicitur magis et minus tale a parte, sed a tota qualitate. Et ita 'magis' et 'minus' sunt contraria, id est denominationes contrariae, non tamen contrariae, id est repugnantes, quia maior et minor qualitas stant simul.

Hoc est summarium illorum quae per Doctorem habentur in quaestione ista. Vide latius in Doctore.

15

39 priore] priorum Z | imperfectior] perfectior TBL

B 1 Termini om. Z

1/2 sed ... impossibiles om. XZ
3 Responsio ... impossibiles

add. X in marg.

4 eiusdem om. Z

10 intensum] intensivum Z
14/15 Hoc ... Doctore om. XZ

38/42 Cf. Occ. ib. D (Tertium); cf. Scot. I d. 17 p. 2 q. 1 n. 208 (V, 239s).
Cf. Occ. ib. B (Probat priore); cf. Arist., Phys. V c. 3 t. 26 (227a 7-10); c. 1 t. 9 (225a 34); v. Scot. ib. n. 199 (V, 235, 1);
3/5 Scot., Lect. I d. 17 p. 2 q. 1 n. 128 (XVII, 222, 6).
Cf. Occ. ib. F (Ad primam. Ad secundam).
6/7 Cf. Occ. ib. G.
8/13 Cf. Occ. ib. F (Ad tertiam).

QUESTIO SEXTA

A » *Utrum in augmentatione sine intensione »cartialis aliquid realiter differens a priori sibi adveniat*«

Doctor plures recitat opiniones de intensione formarum, quarum una est sancti Thomae prima secundae q. 52 art. 2, alia Henrici Gandavensis IV Quodlibeto, et eas insufficientes ostendit.

Utitur denique hoc vocabulo 'augmentatio' ut supra pro 'intensio' more solito. Forte tunc temporis ita habuit consuetudo unum sumi pro reliquo.

Primo itaque ponitur conclusio responsalis ad quaestionem, deinde movebuntur et solventur dubitationes.

[Articulus 1]

[Conclusio]

B Conclusio responsalis: In omni augmentatione formae aliquid reale additur formae praesistenti differens ab illa et remansens distinctum.

Probat: Quia in omni transmutatione reali aliquid reale de novo producit vel corrumpitur aut aliquid praesistens acquiritur; sed in augmentatione est realis transmutatio subiecti; ergo etc. Et non corrumpitur aliquid reale, quia tunc esset diminutio, si nullo acquisito aliquid corrumpitur. Nec praesistens acquiritur, manifestum est. Ergo aliquid novum generatur.

Mayor patet, quia alias fieret transitus de contradictorio in contradictorium sine mutatione. Minor patet, quia per augmentationem subiectum realiter fit magis tale, puta magis calidum vel album. Unde sicut in augmentatione quantitatis advenit aliquid reale a prioro distinctum, remansens cum eo, ita in augmentatione qualitatis. Et quia non potest salvari per motum localem aut coexistentiam cum maiori loco sicut augmentatio quantitatis, oportet quod aliquid reale de novo addatur priori. Quod vero prior maneat, ostensum est quaestione praecedente.

Ex illo patet quod remansens in fine augmentationis est essentialiter perfectius qualitate praesistente, licet sit eiusdem rationis.

A 1	sive intensione om. XZ	10	augmentatione] add. X in marg.:
1/2	a priori sibi adveniat] adveniat		substantiali ut in nutritione;
3/9	Doctor ... dubitationes om. XZ		non autem loquitur de rarefac-
7	temporis] temporum T	15	tione, ubi nihil novi acquiritur
B 1	real] realiter Z		patet] primo sequitur Z
A 1/2	Oec. I d. 17 q. 6 A.		dat., Quodl. IV q. 15 (fol. 128 N
3	Cf. Oec. ib. B-C, D-F, G-I.		-129 Q).
3/4	Cf. Oec. ib. D-F; cf. Thom., S.	6/7	Cf. Biel I d. 17 q. 4 A 5ss.
	Th. I/II q. 52 a. 2 corp.	B 1/14	Cf. Oec. ib. K.
4	Cf. Oec. ib. G-I; cf. Henr. Gan-	14	Cf. Biel I d. 17 q. 5 A.

Secundo quod non omnia individua eiusdem speciei sunt aequae perfecta essentialiter. De quo dicitur quaestione sequenti.

[Articulus 2]

[Dubium 1 et 2]

Pro articulo secundo hic sunt duo dubia.

Primum: Quae sit differentia inter generationem et augmentationem.

Secundum: An omnes formae sint augmentabiles.

Ad primum dicitur quod 'generatio' potest accipi tripliciter, scilicet stricte, large et largissime. »Stricte pro productione composita substantialis per se subsistentis. »Large pro productione alicuius secundum se et quodlibet sui, »quod natum est esse terminus formalis generationis. Largissime pro productione cuius-cunque de novo.

Primo modo sunt termini disparati, quia nulla augmentatio (ut capitur scilicet pro intensione) est compositi substantialis. Posset tamen in eo instanti, in quo generatur compositum, qualitas praesistens in materia augmentari, si in eodem instanti nova pars qualitatis produceretur et priori uniretur.

Secundo modo similiter generatio distinguitur ab augmentatione, quia illa est etiam formae substantialis, ista tantum accidentalis.

Tertio modo generatio est in plus quam augmentatio, quia nunquam potest esse augmentatio sine generatione, sed bene e converso generatio sine augmentatione. Nam generatio non praesupponit aliquam partem formae, quae secundum se vel suam partem producit; sed augmentatio praesupponit aliquam partem formae praecedere, quae augmentatur, licet illud quod augmentatur, non generetur, quia illa pars formae, quae de novo producit, generatur, sed pars formae praesistens vel tota forma ex praesistente et superveniente augmentatur.

C 1/3

Pro ... augmentabilis] XZ: Sed hic sunt tria dubia: primum, quae sit differentia inter augmentationem quantitatis et qualitatis. Secundum, quae sit differentia inter generationem et augmentationem. Tertium, an omnes formae sint augmentabiles. Ad primum dicitur quod augmentatio quantitatis fit per hoc quod res extensa localiter posterius occupat maiorem locum quam prius, et ita acquiritur aliquod praesistens, scilicet locus, cui coexistit [Z: coexistat] secundum se vel partes, cui prius non coexistebat. Sed in augmentatione qualitatis ac-

18 Cf. Biel I d. 17 q. 7 K 3ss. C 4/21 Cf. Oec. ib. P.

quiritur novus gradus seu pars qualitatis eiusdem rationis cum praesistente, cui unitur in eadem parte subiecti sine maiori extensione. [Add. X in marg.: Augmentatio hic secundum Doctorem valet idem intensio per totam quaestionem.] primum] secundum XZ largissime] strictissime Z de novo om. X scilicet om. Z producenter] producit X etiam om. X vel] add. Z: secundum formae om. Z ex] add. Z: praecedente vel

D Ad secundum dubium: quod non omnes formae sunt augmentabiles. Nam illae solae sunt augmentabiles, quae possunt facere per se unum cum alia forma eiusdem rationis sine maiore extensione quantitate. Hoc est dictum: Omnis forma composita ex partibus sive gradibus eiusdem rationis se in eodem subiecto penetrantibus. Ceterae non sunt augmentabiles.

Quare autem haec forma sic est composita et non illa, nulla est ratio nisi propria naturae condicio, quia illa est talis et illa non est talis.

[Corollarium 1]

Ex quo sequitur primo quod nulla substantia est augmentabilis secundum naturam.

An autem per potentiam divinam sit augmentabilis?

Respondet *Auctor*: »Si duae partes formae substantialis possent per divinam potentiam simul uniri, ut faciant per se unum et nullo modo distinguantur loco vel subiecto, tunc posset talis forma augeri. Sed an hoc sit possibile de formis nunc creatis, dubium est. Sed de creabili non puto esse dubium, quin talis posset de novo creari, quae esset alterius speciei ab omni forma creata. Si enim formae substantiali productae repugnat sic habere partes ex natura specifica, sicut spiritui repugnat esse divisibilem et homini esse asinum, non sunt formae substantiales nunc productae augmentabiles; secus de creabili.

[Corollarium 2]

Secundo sequitur quod quantitas (si fuerit distincta a re quantae) non est augmentabilis, capiendum 'augmentabile' ut hic pro intensibili et remissibili.

Patet, quia licet habet partes facientes unum per se, tamen illae non sunt praecise in eodem subiecto et situ; ipsae etiam faciunt maiorem extensionem subiecti.

[Corollarium 3]

Tertio sequitur: Inter individua eiusdem rationis est ordo perfectionis essentialis.

Patet, quia forma intensior perfectior est essentialiter forma eiusdem rationis remissa. De hoc quaestione sequenti.

Nec illud est contra illud *Philosophi*: Species habent se ut numeri; quia, verum est universaliter quod nunquam duo individua diversarum specierum sunt eiusdem perfectionis. Sed ex hoc non sequitur quod nulla individua eiusdem speciei sic se

habeant, quod alterum non sit altero perfectius, licet dentur aliqua eiusdem perfectionis.

Et tantum de abbreviatione quaestionis huius. Vide latius in *Doctore*.

QUAESTIO SEPTIMA

»Utrum illud quod in caritatis augmentatione additur, sit eiusdem speciei specialissimae cum caritate praecedente separata ab ea«

Rectetur et impugnatur a *Doctore* opinio *Petri Aureoli* habens tres articulos. Quia dimissa ponentur conclusiones responsales pro articulo primo et dubiorum solutiones pro secundo.

[Articulus 1]

[Conclusio 1]

Pro articulo primo est conclusio prima: Gradus caritatis per augmentationem superadditus est eiusdem rationis specificae cum caritate praesistente, cui unitur.

10

Patet, quia nunquam res augeri potest per aliquid alterius rationis. Praeterea: Pars aquae loco distincta ab alia parte eiusdem, similiter pars albedinis est eiusdem rationis; ergo et pars caritatis est eiusdem rationis cum alia parte, a qua nec loco distinguitur nec subiecto.

Item: Caritas est quid homogeneum; ergo partes sunt eiusdem rationis inter se et cum toto.

15

Item: Nisi sic, cum ununtur, unum haberet se ut materia, aliud ut forma. Quandocumque enim aliquid componitur ex aliquibus diversae rationis, unum habebit se ut materia et subiectum, aliud ut forma vel potentia et actus. Nullibi invenitur instantia.

Corollarium: Quilibet gradus caritati adveniens est caritas.

20

Patet, quia terminus absolutus verificabilis de aliquo etiam de quolibet eiusdem rationis praedicatur.

[Conclusio 2]

Secunda conclusio: Caritas superaddita potest per se fieri.

Probat: Quia quaecumque eiusdem rationis sunt realter distincta, quorum unum non est pars alterius, Deus potest separatim producere et separatim conser-

25

35 Et ... Doctore om. XZ

3/8 Rectetur ... est om. XZ

4 1 illud om. XZ

10 Patet] Probat XZ

1/2 specialissimae om. XZ

14 quid om. X [homogeneum] omogentium T; omogentium B

A 1/2 Occ. I d. 17 q. 7 A.

8/22 Cf. Occ. ib. F.

3 Cf. Occ. ib. B-E; cf. Petr. Aureoli I d. 17 p. 3 a. 2 propos. 3

24/29 Cf. Occ. ib. D (Contra secundum art.), G.

(Romae 1596, fol. 441a - 442b).

D 1/7 Cf. Occ. ib. K (Quaeritur).

29 Cf. Biel I d. 17 q. 7 K 5ss. 21ss.

9/14 Cf. Occ. ib. L (Quinto). Q.

30 Cf. Arist., Met. VIII c. 3 (c. 5 l. 10)

21/24 Cf. Occ. ib. L (Septimo). S.

(1043 b 32 - 1044 a 2).

26/34 Cf. Occ. ib. L (Secundo). N.

vare. Probatur: Quia non maior ratio, quare potius unam quam aliam. Potest autem seorsum producere et conservare praecedentem; ergo et sequentem. Item: Hoc nullam implicat contradictionem; ergo.

30 [Conclusio 3]

Tertia conclusio: Gradus additus alteri non potest intuitive videri a creatura naturaliter sine alio; secus de potentia divina. De quo supra q. 4 H.

Primum patet, quia cum illi gradus sunt simul penetrativi, aequè approximatur potentiae cognitivae; ergo aequè cognoscuntur, cum cognoscere est operatio naturalis, non voluntaria.

Secundum patet, quia quilibet graduum potest per se produci et esse et ita intuitive cognosci. Sed Deus potest illam cognitionem intuitivam conservare in intellectu creato etiam post unionem graduum; ergo etc.

[Articulus 2]

[Dubium 1]

B Quantum ad articulum secundum est dubium primum: Quomodo differt augmentatio quantitatis, similiter rarefactio et condensatio ab augmentatione qualitatis?

Responsio: Si quantitas non distinguitur a re quanta, tunc augmentatio quantitatis non fit per adgenerationem alicuius novae realitatis nec diminutio per de-
5 portionem alicuius praecisionis realitatis, sed fit per solum motum localem partium, ut per maiorem approximationem extremitatum lineae fit ipsa curvior. Similiter rarefactio fit per hoc, quod res quanta maiori loco postea coassavit quam prius, et condensatio e converso.

Si vero quantitas est accidens distinctum a substantia et qualitate, tunc fit per
10 supervenientem novam quantitatem, cum prior manere non potest, sed praecedens semper corrumpitur, quia nisi sic, tunc vel duae quantitates essent simul in eodem subiecto vel accidens migraret; utrumque est impossibile naturaliter.

Item: Si illae duae quantitates essent praecise simul, per eas res non esset magis
15 extensa seu maior secundum extensionem, sed bene maior secundum intensiorem.

27	non] <i>add.</i> XZ: est Potest] <i>add.</i>	B 1	Quantum ... dubium] XZ: Sed Z: ergo
28	seorsum ... conservare <i>om.</i> XZ	6	hic sunt tria dubia fit <i>om.</i> Z
32	De ... H <i>om.</i> XZ	10	qualitate] quantitate TBL
33	penetrativ] penetrative T		
31/32	Cf. Occ. ib. H.	B 1/3	Cf. Occ. ib. B [Probatur primo.
32	V. Biel I d. 17 q. 4 H 16ss.		Secundo).
33/35	Cf. Occ. ib. H (Primum).	4/9	Cf. Occ. ib. K.
36/38	Cf. Occ. ib. I.	10/15	Cf. Occ. ib. L.

[Dubium 2]

Secundum dubium: Qua unione ununtur partes caritatis?

Responsio quod ununtur se totis, »non secundum sua ultima, quia non habent
ultima, cum sint extensive indivisibiles. Et si essent extensae, ut gradus albedinis, unirentur tamen se totis sicut forma materiae et accidens subiecto. Non quod unus
5 gradus sit subiectum alterius, sed ita sunt sibi praesentes secundum se totos sicut accidens subiecto. Et potest nominari unio homogeneitatis, qua aliqua eiusdem rationis faciunt unum numero.

Si dicis: Quomodo faciunt unum numero, cum distinguantur? Dicitur quod
constituunt unum totum, quod numero distinguitur a quolibet alio toto, sicut
materia et forma constituunt totum, quod est unum numero, licet materia et
forma distinguantur non tantum numero, sed specie et genere.

Corollarium: Duo accidentia solo numero differentia sunt in eodem. Quod
verum est, dum constituunt unum; alias non.

[Dubium 3]

Tertium dubium: Quomodo salvatur unitas specifica inter caritatem minus et D
magis intensam, cum plus convenient inter se duae caritates eiusdem intensiois
magis cum caritate magis vel minus intensa, et ita ab illa convenientia maiore
potest abstrahi conceptus communis adaequatus caritatibus eiusdem intensiois
et non aliis?

Dicendum quod non potest dari conceptus communis contentus quidditative
sub caritate. Consequenter dicitur quod ad abstrahendum conceptum communem
quidditivum non sufficit convenientia essentialis aliquorum inter se et non cum
aliis, nisi sit tanta differentia eorum ab aliis, quod in quolibet aliorum inveniat
aliquid, cui nihil simillimum invenitur in sic convenientibus. Et ideo, licet duae
10 caritates ut sex inter se plus convenient quam caritas ut sex et caritas ut quattuor,
quia tamen nihil est in caritate ut quattuor, quin sibi simillimum reperitur in
caritate ut sex, ideo quicumque conceptus abstractus communis significat carita-
tem ut sex, significat etiam caritatem ut quattuor et omnem caritatem cuiuscum-
que gradus.

Posses tamen abstrahi a supradicta convenientia conceptus accidentalis conno-
tativus numeri talis graduum. Unde conceptus abstractus sumptus ab aliqua con-
venientia significat omnia illa sic convenientia et omnia, in quibus nihil est, cuius
similimum non est in sic convenientibus.

C 8	dicis <i>om.</i> Z distinguantur] <i>add.</i>	D 4	caritatibus] communicativus Z
9/10	X: numero quod ... totum <i>om.</i> Z (<i>homotot.</i>)	7	intensionis] rationis Z
		17	Consequenter] Contra TBL
			tal] talium Z
C 2/7	Cf. Occ. ib. N-P.	D 1/19	Cf. Occ. ib. U-Y.

20 Si dieis: Simile non augmentat simile, ut patet de duabus aequis tepidis simul iunctis, ubi tamen additur gradus gradui, ergo.

Solutio: Simile additum simili in eadem parte subiecti praecise augmentat, non autem in diversis subiectis. Nunc autem, si duo tepida simul fundantur, quae libet tepiditas manet in suo subiecto.

[Dubium 4]

E Quartum dubium: Ex duobus in actu non fit unum tertium; ergo illi gradus non ununtur.

Respondetur: «Ex duobus in actu alterius et alterius rationis non fit unum. Et ideo, quando componibilia sunt alterius et alterius rationis, non fit ex eis unum, nisi unum sit actus et aliud potentia. Quando autem sunt eiusdem rationis ut in proposito in graduum unione, fit ex eis unum; secus si non sunt eiusdem rationis, ut pars aquae et ignis.

[Dubium 5]

F Dubitatur quinto, quomodo accidentia differentia numero faciunt unum numero. Respondetur: «Aliqua differre numero¹ intelligitur dupliciter: Uno modo, quia sunt aliqua eiusdem rationis, quorum unum non est aliud realiter. Et sic «omnes partes eiusdem rationis differunt numero², et tamen faciunt unum numero. Alio modo, quia sunt tota non constituenta unum. Et sic verum est quod numero differentia non faciunt unum numero. Sed sic nihil ad propositum.

[Dubium 6]

G Dubitatur sexto, utrum possibile sit aduo accidentia solo numero differentia facientia tamen unum accidens esse in eodem.

Respondetur quod sic. «Sed duo accidentia nata facere unum esse in eodem et quod non faciunt unum numero, est impossibile per naturam.

5 Et tantum de abbreviatione quaestionis praesentis.

[Dubium 7]

H Dubitatur septimo contra id quod dictum est, quod illi gradus manent simul, et gradus gradui coniungitur etc.: Gradus tales non manent simul; ergo non adduntur sibi.

21	ergo om. X	F 1/6	om. XZ
22	Solutio om. Z	G 1/5	om. XZ
E 1/7	om. XZ	H 1/26	om. XZ
20/21	Cf. Occ. ib. Q (Secunda).		
22/24	Cf. Occ. ib. S. (Argumentum primo).	F 1	princ.)
E 1/2	Cf. Occ. ib. A (Argumentum primo).	2/6	Cf. Occ. ib. R.
	Cf. Arist., Met. VII c. 13 t. 49	G 1/2	Cf. Occ. ib. A (Tertio). R.
	(1039a 4s).	3/4	Cf. Occ. ib. R.
3/7	Cf. Occ. ib. Z (Ad primum)		

Antecedens probatur: Tum quia termini motus sunt impossibiles, sed caritas praeevens et superaddita sunt termini augmentations; tum quia tunc caritas intensior esset compositor et minus perfecta, immo nec esset forma, cum forma composito adveniat et in simplici invariabili essentia consistat secundum auctorem VI Principiorum; tum quia caritas maior et minor contrariatur, V Physicorum; tum quia quaelibet forma denominat suum subiectum, et sic idem esset magis et minus carum.

Ad illas rationes breviter dicitur:

Ad primam negetur antecedens. Ad probationem dicitur: Verum est de terminis per se, qui sunt privatio et habitus. De hoc supra q. 5 B.

Ad secundam dicitur quod non semper compositus est minus perfectum, quia compositum substantiale non est minus perfectum altera partium. Quod forma est simplex essentia, verum est per privationem partium diversarum rationum. Non sic compositum.

Ad tertiam negetur. Sed bene denominationes sunt contrariae large, id est non conveniunt eidem.

Ad quartum dicitur quod quaelibet forma totalis denominat subiectum; non autem oportet de forma partiali, saltem denominatione imposita. Potest tamen denominare denominatione imposita vel imponenda, ut sit in eodem subiecto caritas ut quattuor. Primus gradus denominat hac denominatione habere unum gradum sine exclusionem. Et sic non sequitur idem esse maius et minus, sed bene idem habere maiorem et minorem gradum sive idem esse compositum ex maiori et minori.

[Dubium 8]

Item ex alio potest adhuc argui: Augmentatio non fit per additionem gradus I ad gradum, quia secundum *Philosophum* III Topicorum albus est quod est nigrum impermixtus.

Item: Si album condensatur, erit magis album, et tamen non additur maior gradus albedinis.

4	impossibiles (v. supra q. 5 B 1-3)] impossibiles TBL	10	carum] eorum BL
6	compositior] compositor T	I 1/24	om. XZ
7	simplici] simplicitate BL	4	maior] maius T
H 4	V. supra adn. ad Biel I d. 17 q. 5 B 1.	8	Occ. I d. 17 q. 6 L (Primo).
6/7	Cf. Liber de sex principiis Gilberto Porretae ascriptus, c. 1 n. 1 (ed. Heyssa-Van den Eynde, in: <i>Opuscula et textus</i> , ser. schol. 7, Münster 1953, pag. 8). Cf. Scot. I d. 17 p. 2 q. 1 n. 196 (V. 234, 4); ib. q. 2 n. 238 (253, 17); ib. n. 256 (263, 2-5);	12	V. supra ltn. 4s. (226b 1-8).
		12/13	V. Biel I d. 17 q. 5 B 3ss.
		14	V. supra ltn. 5ss.
		18	V. supra ltn. 8.
		20	V. supra ltn. 9s.
		I 2/3	Cf. Arist., Top. III c. 5 (c. 4) (119a 27s).

Item: Si sic, vel gradus adveniens esset accidentalis priori, et sic non facerent unum; aut essentialis, et sic haberent se ut actus et potentia.

Item: Augmentatio esset generatio, quia esset productio gradus de novo.

Ad illa dicitur:

Ad Philosophum: Verum est in qualitatibus contrariis habentibus transmutationem circa idem. Vel capite impermixtionem improprie pro maiori recessu a contrario.

Ad secundum dicitur quod per condensationem non fit magis album; sed quia partes sibi magis adiacent, apparet magis albedo.

Ad tertium dicitur quod gradus adveniens est accidentalis priori. Nec sequitur quod ideo non faciat unum; quia forma est accidentalis materiae, et tamen facit cum ea unum.

Ad quartum conceditur quod 'augmentatio' est generatio large, ut dicit generaliter quamlibet productionem rei de novo, non autem generatio stricte pro generatione substantiali. De hoc q. 6 art. 3.

Si replicatur: Si est generatio, ergo non fit sine corruptione, et per consequens adveniente novo gradu corrumpitur prior, quia nihil aliud corrumpitur, respondetur quod non universaliter generatio unius est corruptio alterius, sed illa sola quae fit cum abiectione contrarii, ut patuit q. 5 B.

[Dubium 9]

K Dubitatur contra id, scilicet quod illi gradus sint eiusdem speciei et solo numero differant.

Contra primam partem sic potest argui: Gradus caritatis non sunt eiusdem speciei, nec inter se nec cum tota caritate.

Probatur: Quia non sunt eiusdem perfectionis essentialis, nam caritas intensior est perfectior minus intensa; ergo non sunt eiusdem speciei. Tenet consequentia, quia species habent se ut numeri.

Item: Individua eiusdem speciei sunt simillima; sed gradus diversae perfectionis non sunt simillimi, ergo.

Item: A quibuscumque possunt sumi conceptus specifici differentes, ipsae differunt specie; sed tales possunt sumi a diversis gradibus eiusdem caritatis diversae perfectionis; ergo.

Minor probatur: Quia ab omni convenientia essentiali sumitur conceptus speci-

K 1/44 om. XZ

- | | | | |
|----|---------------------|-------|-------------------------------------|
| 10 | V. supra lin. 1 ss. | 20 | Cf. Biel I d. 17 q. 6 C 5 ss. |
| 13 | V. supra lin. 4 s. | 23/24 | V. Biel I d. 17 q. 5 B 6 s. |
| 15 | V. supra lin. 6 s. | K 7 | V. supra ad Biel I d. 17 q. 6 D 30. |
| 18 | V. supra lin. 8. | | |

cus; sed magis conveniunt essentialiter duae caritates eiusdem intensiōis inter se quam cum caritatibus magis vel minus intensis; ergo ab illa potest sumi conceptus illis sic convenientibus adequatus. Et quia erit communis et absolutus, erit specifi-

cus. Contra aliam partem: solo numero differentes etc.: Accidentia solo numero differentia non possunt esse in eodem subiecto.

Item: Tunc unus gradus posset videri sine alio.

Ad primum conceditur quod non sunt eiusdem perfectionis essentialis. Et negetur consequentia.

Ad Philosophum: Loquitur de definitione speciei, quae per additionem differentiae variatur sicut species numerorum.

Verum etiam est quod individua eiusdem rationis non sunt diversae perfectionis, quorum unum non potest esse pars alterius. Hic autem in proposito caritas caritati adiungitur ut pars toti.

Ad tertium negetur minor. Ad probationem dicitur quod solum ab illa convenientia sumitur conceptus specificus, quando convenientia sic se habent quod in quolibet sic convenientium sit aliquid, cui nihil simillimum invenitur in alio. Nunc ergo, licet plus convenient caritates duae ut quattuor inter se quam cum caritate ut tres, tamen, quia nihil est in caritate ut tres, cui non sit aliquid simillimum in caritate ut quattuor, ideo non potest sumi conceptus illis proprius, qui significet solum caritatem ut quattuor et non ut tres, ut supra in dub. 3 patuit et dist. 8 q. 2.

Por hoc solvitur praecedens ratio secunda, quod non oportet omnia individua esse simillima simpliciter, sed sufficit quod sint sic simillima, quod non in quolibet eorum est invenire aliquid, cui nihil sit simillimum in alio.

Ad quartum dicitur quod verum est, quando non faciunt unum, ut patuit dub. 6.

Ad quintum dicitur ut supra concl. 3, quod unus gradus non potest naturaliter videri sine alio etiam ab intellectu angelico, quia sunt simul et sic aequae approximationi potentiae. Possunt tamen distincte videri, id est cognosci, quod unus non est alius, sicut distincte videtur materia et forma, licet sint simul. De hoc latius supra.

- | | | | |
|----|---------------------------|-------|---------------------|
| 21 | V. supra lin. 3 ss. | 36 | V. supra lin. 8 s. |
| 23 | V. supra lin. 7. | 39 | V. supra lin. 18 s. |
| 28 | V. supra lin. 10 ss. | 39/40 | V. supra G 3 s. |
| 34 | V. supra D 10 ss. | 41 | V. supra lin. 20. |
| 35 | Cf. Biel I d. 8 q. 2 D/E. | 41/44 | Cf. supra A 31 ss. |

QUAESTIO OCTAVA

A Consequenter quaeritur de termino augmentationis:

»*Utrum sit dare summam caritatem, cui repugnet augmentari*«

De materia huius quaestionis late habetur infra III dist. 13 et similiter in *Doctore* III q. 7. Eapropter hic breviter expeditur materia quaestionis, et dumtaxat veluti in summa colliguntur dicta *Doctoris*.

Item de hoc, an possit dari infinitum categorematice, late vide in II dist. 1 q. 3 de aeternitate mundi.

[*Articulus 1*]

Suppositis itaque notabilibus hic per *Doctorem* recitatis et supra q. 4 huius *Collectorii* habitis, scilicet quod duplex est augmentatio, intensiva et extensiva, et quod extensiva quandoque fit »per additionem partis ad partem facientis per se unum cum illa distincta ab ea loco et situ«, quandoque vero »fit in eodem subiecto praecise, ut in rarefactione«, prout supra q. 3 not. 1 huius *Collectorii* diffuse patuit—

[*Conclusio 1*]

Istis inquam suppositis, est conclusio prima: »Augmentatio extensiva primo modo dicta procedit in infinitum« per potentiam divinam.

Veritas huius conclusionis ex tribus propositionibus dependet.

Prima: »Deus potest creare in infinitum individua eiusdem rationis«, maxime ubi possunt esse plura in una specie.

Patet, quia »si Deus conservaret corpora caelestia in statu in quo sunt in perpetuum«, in infinitum continuarentur generationes et corruptiones.

Secunda propositio: »Quocumque individuo posito, potest Deus facere aliud individuum eiusdem rationis«, priori individuo non destructo.

Patet, quia individua eiusdem rationis non habent ad invicem formalem repugnantiam.

A 1	Consequenter ... augmentationis om. XZ	quantitas (vide supra q. 4 a. 2 not. 1 C 4-13).
3/15	De ... est] XZ: Notandum quod duplex est augmentatio, scilicet extensiva et intensiva. Aug- mentatio extensiva ... maior	17 conclusionis] propositionis XZ 18 propositionibus om. XZ 19 eiusdem] add. Z: speciei vel 20 Patet om. Z

A 2	Occ. I d. 17 q. 8 A.	15/16 Occ. I d. 17 q. 8 F: cf. Alliac. I q. 9 a. 3 p. 2 propos. 1 (BB).
3	Cf. Biel III d. 13 A-F.	
3/4	Cf. Occ. III q. 7 B-K.	18/21 Cf. Occ. ib.: Alliac. ib. suppos. 1 (BB).
6/7	Cf. Biel II d. 1 q. 3 E.	
9/13	Cf. Occ. I d. 17 q. 8 E; cf. Biel I d. 17 q. 4 C 1-18.	22/27 Cf. Occ. ib. G; Alliac. ib. sup- pos. 2 (BB).

Item: Summum in aliqua specie compatitur aliud individuum eiusdem speciei, ut patet de caritate Christi.

Tertia propositio: »Quaecumque sunt eiusdem rationis, sunt aequaliter unibilia; ut quaecumque duae aquae. Nam quidquid competit individuo alicui, simile potest convenire alteri individuo eiusdem rationis.

Ex illis patet conclusio, quia quocumque individuo creato, potest Deus aliud eiusdem rationis creare et illud priori unire. Unde non est dabilis maxima aqua creabilis.

[*Conclusio 2*]

Secunda conclusio: Augmentatio extensiva per modum rarefactionis non procedit in infinitum.

Patet, quia nisi sic, una faba posset fieri maior mille mundis, quod videtur inconveniens. Sed haec conclusio evidenter probari non potest, quia non potest probari quod res sit sic determinata ad certam magnitudinem, quod non potest fieri maior per potentiam divinam.

[*Conclusio 3*]

Tertia conclusio: Quaelibet forma augmentabilis intensive extra subiectum potest in infinitum augmentari.

Patet ex propositionibus praemis.

[*Conclusio 4*]

Quarta conclusio: Probabile est quod forma intensibilis in subiecto non est augmentabilis in infinitum.

Probat: Quia probabile est quod, »sicut subiectum determinat sibi aliquas qualitates et aliquas non potest recipere« (sicut ignis summam frigiditatem, anima intellectiva qualitatem materialem), ita etiam determinat certam quantitatem formae receptibilis, ultra quam non potest aliam recipere, ut sic quodlibet subiectum finitum sit etiam finitae capacitatis.

Possent tamen aequae probabiliter teneri oppositum istius propositionis sicut et conclusionis secundae. Et secundum hoc dicitur quod caritas animae Christi non est simpliciter maxima creabilis ex concl. 3, sed est maxima creabilis in subiecto simpliciter vel secundum potentiam ordinatam.

31	quia] quod Z	(X*: probatur; delet X)
B 1	conclusio] add. Z: probabilis	19 teneri] sustineri Z et om. Z

23/33	Cf. Occ. ib. H; Alliac. ib. sup- pos. 3 (BB).	pos. 3 (BB).
B 1/6	Cf. Occ. ib. I; Alliac. ib. propos. 2 (BB).	12/17 Cf. Occ. ib. L; Alliac. ib. propos. 4 (BB).
8/9	Cf. Occ. ib. K; Alliac. ib. pro- pos. 2 (BB).	20 V. supra ltn. 1s. 21 V. supra ltn. 8s.

[Conclusio 5]

Quinta conclusio: Quamvis in infinitum caritas est augmentabilis, non tamen est creabilis caritas infinita.

Prima pars est consequens tertiae conclusionis.

Secunda pars probatur: Quia infinitas intensiva est simpliciter impossibilis creaturae.

Præterea: Licet in infinitum augeretur caritas per productionem novi gradus uniti priori, tamen quilibet gradus productus est finitus; et ex unione finitorum non constituitur infinitum. Unde in infinitum augmentari caritatem nihil aliud est quam caritatem non tantum posse augmentari, quin adhuc ultra possit augmentari; hoc est quod nunquam datur ultima caritas producibilis, sed post quamlibet productam alia potest produci. Et si perpetuo continue augmentaretur certa caritas, adducta huc maneret semper finita, quia semper finitum adderetur finito. Nec posset dari gradus ultimo productus, sicut non datur ultimum durationis perpetuae. Unde sicut Deus potest facere plura individua in infinitum, et tamen semper faciet finita, ita potest facere maiorem caritatem et maiorem, et sic in infinitum, et tamen semper faciet finitam. Et licet Deus determinate videat omne producibile et ita quocumque producibili videt minus producibile, non tamen videt producibile infinitum, quia nihil tale est producibile. De hoc latius infra in dub. 5 et in II dist. 1 q. 3.

[Conclusio 6]

Sexta conclusio: Per infinitam potentiam Dei potest sine termino caritas augmentari.

Haec propositio patet ex prædictis, cum non includat contradictionem, nec ad hoc ulla sequatur infinitas.

[Articulus 2]

[Dubium 1]

Circa prædicta dubitatur primo: Nam pono quod augmentatio certae caritatis fiat per horam secundum partes proportionales, ita quod in prima parte proportionali adgeneretur unus gradus, in secunda parte similiter unus aequalis priori, et ita de aliis. Caritas in fine horae erit caritas infinita, quia habebit infinitos gradus tantos quantus est hic certus datus, quia pertransitæ sunt omnes partes proportionales, quae sunt infinitae.

27	Quia om. Z	39	finitum] finitum XTIBL
29	augeretur] augetur XZ	41/46	De hoc ... infinitas om. XZ
32	possit] poterit XZ	C 1	Circa ... Nam] Sed diceres XZ
35	adderebunt] additur Z	6	quae] qui T
38	et maiorem om. X in om. X		

24/25	Cf. Alliac. ib. ad 2 (TF).	39/41	Cf. Occ. ib. R.
26	V. supra lin. 8s.	41	V. infra G. Cf. Biel II d. 1 q. 3
29/38	Cf. Occ. ib. Q. X (ad I-6).		E-G.
36/39	Occ. ib. O (in fine).		

Respondetur quod casus est impossibilis, quod in qualibet parte proportionali horae generetur unus gradus etc., tum quia infinitae sunt, et ita non possunt omnes designari, tum quia ultima pars non est debilis, quia quaecumque datur, est ultra divisibilis, et per consequens non est ultima.

Et cum dicitur: In fine horae omnes partes proportionales sunt pertransitæ, quia tota hora; responsio quod omnes sunt pertransitæ, id est hora, quae continet omnes suas partes proportionales, est pertransita. Sed si accipitur ut valet tantum: Omnes sunt pertransitæ, id est in qualibet parte proportionali aliquis gradus est productus, sic negetur, quia augmentatio licet fiat per totam horam continue, non tamen fieri potest per partes horae proportionales, quoniam pars horae mensurans productionem ultimi gradus includit infinitas partes proportionales.

[Dubium 2]

Dubitatur secundo: Nulla caritas potest sine termino augmentari; ergo conclusio falsa per legem contradictoriorum.

Antecedens probatur: Quia nec illa nec illa, et sic de aliis. Si datur aliqua, illa posset esse infinita. Consequens falsum, quia sic esset Deus. Consequentia probatur: Quia posset esse sine termino vel interminata.

Solutio: Dicitur quod quaelibet potest sine termino augmentari, quia quilibet potest fieri additio. Nec posset aliqua esse infinita, quia hic 'infinita' capitur categorematice, cum sit praedicatum, et nihil est infinitum categorematice nisi Deus secundum opinionem communem. De hoc in II habetur disputative dist. 1 q. 3, si possit dari infinitum categorematice.

Ad probationem negetur quod posset esse sine termino, quia licet semper potest fieri additio, tamen semper manet terminata.

[Dubium 3]

Dubitatur tertio: I De anima: »Omnium a natura constantium etc.

Item: Quantum est in potentia, tantum contingit esse in actu, *Commentator* III Physicorum. Producantur igitur omnes gradus producibiles. Erit caritas simpliciter infinita.

9	tum ... debilis om. Z	D 1/12	om. XZ
11	partes proportionales om. Z	E 1/24	om. XZ
C 11	V. supra lin. 4-6.	117B).	
D 9/10	Cf. Biel II d. 1 q. 3 E.		
E 1	Arist. De anima II c. 4 t. 41 (41a 16s); cft. apud Occ. I d. 17 q. 8 A. B; III q. 7 A; Greg. Arim. I d. 17 q. 6 (fol.	2	Cf. Averroes. In Phys. III comm. 69 (IV, 118C/D); cft. apud Occ. I d. 17 q. 8 B (Parit-cula prima).

5 Et probatur ratione: Quantum potest fieri successive, tantum potest fieri simul; si infinita successive, ergo simul. Antecedens probatur: Quia non est defectus ex parte Dei, qui habet illimitatam potentiam simul; ergo potest omnia producibilia simul producere. Nec est defectus ex parte recipientis caritatem, quia recipiens secundum se est infinitae capacitatis. Etiam potest caritas stare sine subiecto. Nec ex parte caritatis, quia quaelibet infinitarum est producibilis et nulli alteri repugnat.

Ad primum dicitur quod loquitur secundum potentiam naturalem, non secundum divinam.

Ad rationem conceditur: Non simul, sed successive ad hunc sensum: »Quantum est in potentia« etc., id est quidquid est producibile, potest aliquando produci. Et sicut infinita sunt producibilia, ita infinita possunt esse actu, capiendo utrobique »infinita« syncategorematicae; quia capiendo categorematice utraque est falsa. Nam secundum *Philosophum* et *Commentatorem* infinita individua sunt producibilia, et tamen nunquam producentur infinita, licet infinita producantur.

Ad rationem dicitur negando quod non est defectus. Est enim impedimentum ex parte Dei, subiecti et caritatis. Ex parte Dei impedit infinitas potentiae. Ideo terminari non potest per quaecumque producibilia. Ex parte subiecti similiter, quia non est capacitas eius limitata. Ideo quaelibet data potest maiorem accipere. Ex parte caritatis, quia nulla potest esse caritas, cui repugnet uniri alteri producibili.

[Dubium 4]

F Dubitatur quarto de caritate Christi. Si enim conclusio sexta stare, non esset summa possibilis. Quod videtur derogare dignitati assumptae humanitatis, quae unita est maxima unione possibili Verbo; ergo maxima caritate.

Solutio: Conceditur illatio simpliciter. Est tamen maxima possibilis secundum potentiam Dei ordinatam.

Ad probationem dicitur quod humanitas Christi est creatura et per consequens in se finita et tantam habet dignitatem, quantum Verbum dare voluit. Nec tantum extollenda est dignitas creaturae, scilicet humanitatis Christi, ut detrahatur potentiae divinae, quae respectu caritatis esset terminata, si daretur possibilis summa, quia ultra illam maiorem non posset producere.

Cum dicitur: unita est maxima unione, verum est in illa specie unionis personalis, quia forte illa consistit in indivisibili. Non tamen est simpliciter maxima unio, quia maior est unio personarum in una essentia.

Et cum arguitur: vergo maxima caritate, negetur consequentia, quia unio hypostatice non est per caritatem formaliter. Quia posset sibi unire naturam irrationaliorem, ut probabiliter teneri potest, et sic sine caritate; immo corpus Christi unitum est et non est capax caritatis.

F 1/17 om. XZ

5/10	Cf. Occ. ib. B (Secundum).	F 1	V. supra B 43 s.
11	V. supra lin. 1.	4/5	Cf. Biel III d. 13 a. 2 concl. 3 H.
13	V. supra lin. 5 ss.	11	V. supra lin. 3.
19	V. supra lin. 8 ss.	14	V. supra lin. 3.

[Dubium 5]

Dubitatur quinto: Omnem caritatem producibilem potest Deus simul producere. Ponatur in esse, et sic producat omnes simul. Illa aut erit summa aut infinita.

Assumptum probatur: Quia omne producibile simul videt, ergo omne producibile potest simul producere. Tenet consequentia, quia quaecumque simul cognoscit, potest simul producere. Nam tantae est potentiae activae et productivae quantae cognitivae, quia utraque infinita. Et per consequens quaecumque potest simul cognoscere, potest simul producere. Et ita potest simul producere omnia producibilia.

Respondetur quod potest producere omnia producibilia. Sed illa secundum *Doctorem* non debet poni in esse, cum sit divisa, nisi per singulares inconiunctim sumptas. Et sic quaelibet illarum est vera.

Si diceret: Illa est falsa, in qua demonstratur ultima vel summa, respondetur: Illa non est dubilis, quia non est possibilis. Consequenter dicitur quod non potest simul omnia producibilia producere, quia hoc repugnat infinitae potentiae. Potest tamen simul omnia cognoscere, quia omnia cognoscibilia possunt esse simul in esse obiectivo, quod sufficit ad terminandam cognitionem divinam, non autem simul in esse subiectivo, quod requiritur ad productionem.

Vide de hoc infra dist. 38 q. un. art. 3 dub. 4.

G 1/18 om. XZ

		2	aut (1) autem U
G 1/2	Cf. Occ. I d. 17 q. 8 B (Secunda partialia).	9/11	Cf. Occ. ib. U.
		13/17	Cf. Biel I d. 38 a. 3 dub. 4 T/U.